


8

Vak 40




# COMPENDIUM

SYNODI

PROVINCIALIS ULTRAJECTENSIS et DIOECESANAE BUSCODUCENSIS

**CUM ULTRAJECTENSI.**



VAK 40 No. 8 D 210.

# COMPENDIUM

~~W 438<sup>2</sup>~~

QUO SYNODI

PROVINCIALIS ULTRAJECTENSIS

ET

DIOECESANAE BUSCODUCENSIS

NECNON ULTRAJECTENSIS

PUNCTA DISCIPLINARIA IN UNUM COLLECTA  
ET CONSERTA SUNT.


AUCTORE


J. F. CLEMENT, Can. Reg. Abb. Bernensis  
et Paroch de Lithoyen.



Gestel St. Michaëlis,

EX TYPOGRAPHIA DIOECESIS BUSCODUCENSIS IN  
INSTITUTO SURDO-MUTORUM.





## AD LECTOREM.




Compendium, quo utriusque Synodi nostrae Provincialis et Dioecesanae puncta disciplinaria in unum collegi et complexus sum, duntaxat pro tyronibus nostris inchoatum, alii, ut typis mandarem, efflagitarunt.

Quare, amice lector, ne offendaris quaeso, si magis me brevitati quam latinitati studuisse percipias. Neque non auditum condemnes forte ex solis prioribus lectis capitibus, quae doctrinam sane saluberrimam, sed vix disciplinaria puncta tradunt. Quod si omnibus perlectis non placeat tibi opusculum, id ne ascribas labori, qui haud exiguus fuit, sed laboranti, qui saltem veniam merebitur ex eo, quod prodesse conatus fuerit.

*Nota.* Ut hoc Compendium et pro Archedioecesi Ultrajectensi utile sit, differentias a Statutis Dioec. Buscod. ubique per modum notae adjeci.

Numerus sine addito designat Conc. *Prov.*, littera D vel B. Statuta Synodi Dioec. Buscoducensis, littera U Statuta Syn. Archidioec. Ultraj.

Dabam in LITHOYEN die 4 Octobris in festo  
S. Francisci 1871.



COMPENDIUM SYNODI  
PROVINCIALIS ULTRAJECTENSIS  
ET  
DIOECESANAE BUSCOD. ET ULTRAJ.

**TITULUS I.**

De Religione revelata et Ecclesia Christi.

1. Prov. Cap. I. Quid de Revelatione populo proponendum? — b) quo fine?

R. Ad 1. Ejus initium et progressus pag. 2. 2: Contentum scl. non satis habuisse Deum animam rationalem in nobis creasse, sed et per semetipsum (revelatione) tradidisse quae *agenda* et *credenda* nobis sunt, ut divinae ejus majestati accepti esse possimus seu revelatio continet nostrum destinationem supernaturalem — veritates cum ea connexas — et media eam assequendi.

Ad b) Ut grati sint — ut amor divinae nostrae Religionis in ipsis crescat — ut alienentur ab erroribus dicentium Revelationem nocere hominis perfectioni.

2. Prov. II. Qualis fides requiritur, ut destinationem hanc supernaturalem attingamus? — b) Quinam circa fidem errores proscripti?

Bibliotheca  
Conventus  
Woerdensis.

R. Fides divina ac supernaturalis scl. quae a caelesti principio gratiae excitatur et fovetur.

Ad b) p. 6. Humanam rationem esse unicum veri et falsi, boni et mali arbitrum . . . ; — liberum esse amplecti eam religionem, quam rationis lumine ductus veram puto.

3. Prov. III. Quomodo Pius IX in Ep. Enc. *Qui pluribus* mutuum fidei et rationis foedus exprimit? — b) Hinc speciatim indica quae emolumenta fides ex ratione pag. 10. 11; — et vicissim 13. 14 hauriat. — c) Item an fidei doctrinæ progressus admitti queat.

Ad 3<sup>um</sup> p. 8. Recta ratio fidei veritatem demonstrat etc.; fides vero rationem ab omnibus erroribus liberat, eamque divinarum rerum cognitione illustrat.

Ad b) Loc. cit. cfr. Introd. in Theol.

Ad c) Dist. p. 12. scl. — a) Talis quod doctrina Ecclesiae distinctius erui posset ex revelationis instrumentis et clarius proponi; — b) non vero talis qui supponit divinam revelationem imperfectam ideoque instar rationis humanae continuo progredi posse, neque eorum progressus qui omnia dogmata religionis naturalis scientiae objectum esse autumant.

Ex dictis sequitur quod ratio debeat esse famula fidei p. 14.

4. Quid S. P. cap. IV. de Ecclesia a Parochis populo explicandum commendat?

R. 1<sup>o</sup> *Finem* Ecclesiae, qui est ut plenitudinem Revelationis custodiat posterisque transmittat p. 16. Dicitur *plenitudinem* Rev., nam *Revelatio*, quae ante Christum crevit, jam completa est p. 15.

2<sup>o</sup> *Institutionem* ejus scl. primum ex apostolis, quae est Ecclesia docens, dein ex coeteris fidelibus p. 17.

3º *Dotes ejus scl. cum auctoritate magisterii, imperii, ministerii p. 17. 18. fr. Tract. de Eccl.*

4º *Dignitatem ejus p. 18. Est igitur pactum sempiternum etc.*

5. Prov. V. VI. Quotuplex est revelationis fons seu fidei regula inanimata? Cap. V. S. P. — Quaenam est fidei regula animata seu quodnam medium quo Deus revelata infallibiliter proponit? Cap. VI. S. P. — b) Unde invicte probas librorum inspiratorum canonem? et quid de Vulgata definivit Trid.? Prov. V. — c) Unde probatur Traditionem esse fontem revelationis? et unde Tradition agnoscitur? p. 23. Cap. V. — d) Proba quod Ecclesia sit regula fidei animata seu custos ac interpres regulae utriusque inanimatae idque cum infallibilitate. Cap. VI. — e) Quibus modis Ecclesia exercet suum infallibile magisterium? — f) An obligatio obediendi huic regulae non se extendit ultra dogmata? — g) Quare haec animata regula hodie diligentius populo explicanda est p. 24?

Ad 5<sup>am</sup> Duplex inanimata: S. Scriptura et Tradition. Animata est Ecclesia. cfr. Tract. de Fide.

Ad b) Ex infallibili Ecclesiae magisterio p. 20.

Quoad Vulgatam definitivit eam authenticam habendam.

Ad c) p. 21. fr. Theol. Ex ejus necessitate etc.

Traditio innotescit ex conciliorum decretis etc.

Ad d) Ex verbis Christi p. 24. etc. cfr. Theol.

Ad e) p. 26. In Concilio generali etc.

Ad f) Affirm. ut patet ex prop. damn.

Ergo fideles prae oculis habeant monitum S. Vinc. p. 27.

Ad g) Ob effrenatam sentiendi ac de omnibus judicandi licentiam modernorum.

6. Prov. VII. In quo consistit Ecclesiae unitas? —

- b) Quid inde deducitur? — c) Quinam errores? —  
d) Quid populo de unitate hac inculcandum?

R. Ad 6<sup>um</sup> In unitate fidei — in unitate animorum communioneque sacramentorum etc. — idque sub uno capite visibili R. P. cfr. Dens de Eccl. n. 74. Syn. prov. 28. 29.

Ad b) 1<sup>o</sup> Quod omnes Ecclesiae in unione cum R. P. sint oportet. 2<sup>o</sup> Quod R. P. sit infallibilis p. 31.

Ad c) p. 30. — Quod Ecclesia ex variis sectis possit coalescere. 2<sup>o</sup> Quod Ecclesia Catholica possit existere sine unione cum R. Pontifice.

Ad d) 1<sup>o</sup> Unionis cum R. P. necessitatem. 2<sup>o</sup> Hinc que reverentiam et obedientiam cum filiali amore erga S. Sedem p. 33. Allegari potest exemplum S. Willibrordi et Suitberti p. 32.

7. Prov. VIII. Quotuplex est tolerantia et quaenam notantur circa religiosam et Christianam?

R. Triplex cfr. Philosoph. scl. Christiana, civilis, religiosa.

Notantur 1<sup>o</sup> Ut parochi advigilent ne errores quemlibet in sua religione posse salvari indeque orta religiosis indifferentia inter fideles introducantur. 2<sup>o</sup> Quare rite explicit a) dogma: extra veram Ecclesiam nullus salvatur p. 34. scl. id intelligi de iis qui cum sufficienti culpa sint extra Ecclesiam; — idque probent ex S. Scriptura p. 35, ex sententiis et similitudinibus S. Patrum p. 36., ex fine quare Christus instituit Ecclesiam p. 35. — b) Rite explicit quinam sint extra Ecclesiam scl. Ecclesiam bonos et malos complecti, sorte tamen inaequali p. 37.; homines vero ab Ecclesiastica communione exclusos triplicis generis esse p. 37. 38. scl. infideles — haereticos et schismaticos — et excommunicatos.

3º Tolerantiam Christianam maxime commendari ab Ecclesia p. 38.

4º Ut gratias agamus pro vocatione ad fidem p. 39.

8. Prov. Cap. IX. Quosnam errores specialiter Parochorum vigilantiae designat Syn. Prov. juxta normam Epistolae Encycliae Pii IX. *Quanta cura?*

R. 1º Pantheismum ac Materialismum p. 40. 41 scl. ubi eos irreperere viderint. Ad hujus erroris periculum avertendum strenue explicent dogmata, quibus errores isti opponuntur, de Deo, de S. Trinit. de creatione, de hominis natura, de beatitudine p. 42. 43, item cor ad coelestia erigant: Quid prodest homini etc. p. 43.

2º Naturalismum p. 44—46, quo plena naturae sufficientia stabilitur omnisque supernaturalis ordo e medio tollitur. Contra hunc errorem explicetur naturae insufficientia, quin tamen nimium deprimatur 46. 47.

3º Errores contra constitutionem et potestatem Ecclesiae p. 47. — Doceantur fideles Ecclesiam esse institutam ut societatem perfectam ib., atque utriusque potestati civili et sacrae sua objecta esse assignata.

4º Errorem, quod Ecclesia inimica sit progressus et civilitatis p. 52.

9. Prov. Cap. X. Quis est invisibile Ecclesiae caput?

b) Quae virtutes erga Christum fovendae?

R. Ad 9<sup>um</sup> Christus, Deus-Homo.

Ad b) Fides, spes et charitas, et hinc detestatio impietatis hodiernae negantium Ejus divinitatem p. 65.

## TITULUS II.

### De Hierarchy et Regimine Ecclesiastico.

1. Prov. I. Quis est visibile in terra Ecclesiae Caput, et a quo accepit primatum jurisdictionis pag. 65?

b) Quid Syn. Pr. praescribit circa Ejus vel sacrarum cardinalium Congregationum Decreta?

c) Quid praescribitur Episcopis ut subjectionem et affectum erga R. Pontificem ostendant? item quid Parochis et Presbyteris?

R. Ad 1<sup>um</sup> R. Pontifex. — A Christo non ab Ecclesia, quod dicere haereticum est p. 65. 66.

Ad b) *Fidelibus*, ut iis plenissime obediant.

*Episcopis*, ut ea executioni dent — ut apostolicas litteras fidelibus publicent et explanari curent — ut antiquiores constitutiones, si utile, iterum promulgent — ut decreta S. Congregationis ad cleri notitiam perveniant, et observentur 67. 68.

Ad c) *Episcopis*: a) ut statum Dioecesis Papae tempore statuto referant. b) Ut per clerum amorem erga S. Sedem in fidelibus foveant. c) Ut improbent impiorum facinora, qui Papae *civilia* jura usurparunt, afflictionibusque S. Pontificis condoleant p. 68. 69, atque pro Eo orent.

*Parochis et Presbyteris*: a) Ut preces pro Papa ex corde fundant; b) ut populum ad id excitent praeципue occasione anniversarii electionis Ejus, quod Dominica praecedente in Missa solempni populo annunciatum.

2. Prov. II. Ex quibus hierarchy Eccl. constat?

b) In quibus Episcopi Presbyteris superiores sunt?

c) Quaenam Episcoporum officia?

d) Quaenam officia cleri et fidelium erga Episcopos?

Ad 2<sup>um</sup> Ex Episcopis, Presb. et ministris p. 70.

Ad b) Non tt. potestate ordinis sed et jurisdictionis.

Ad c) Vide Indicem scl. ad laborem vocantur — depositum custodiant — sunt legislatores, judices, patres — praeluceant exemplo.

Ad d) Ut obdiant Episcopo, Eumque sequantur ut J. Christus Patrem p. 71., ut clerus praelia Domini cum Episcopo, cui intimo charitatis et fidei vinculo consociantur, pugnent. 75.

3. Prov. III. Quis est Metropolita?
- 2) Quomodo convenit et differt a caeteris Episcopis?
- 3) Quaenam ejus jura et praerogativa?
- 4) Quid Syn. Prov. praescribit suffraganiis erga Metropolitam p. 77?

R. Ad 3<sup>ium</sup> Qui praeest in Provincia Ecclesiactica. cfr. Jus. Can.

Ad 2) Conveniunt quatenus spectant ad hierarchiam ordinis. Differunt quoad jurisdictionis existentiam, et praeëminentiam. cfr. latius Jus. Can.

Ad 3) Inter alia: Convocare Conc. prov. eique præsidere, — suffraganeos visitare; — quoad appellationem etc. Syn. Prov. p. 76. 77.

Ad 4) Ut intimo amoris et concordiae vinculo cum eo conjungantur; et ut ad pertractanda majoris ponderis negotia, quam saepius fieri potest, cum Ipso convenient p. 77.

4. A) De Synodis Provincialibus dic Cap. IV. S. P.:
  - 1º In quem finem commendentur a S. Canonibus?
  - 2º Quoties juxta Trid. celebranda pag. 78; indicando simul hujus legis in nostra Provincia modificationem p. 81?

3º Quaenam materia in iis tractanda p. 79?

4º Quid circa promulgationem et dubiorum explanationem praescribatur p. 79?

B) De Synodis Dioecesanis dic 1º Ad quid utiles p. 79.

2º Quoties juxta Trid. habendae; indicando hujus legis modificationem p. 81.

C) De utrisque dic 1º Quid circa convocationem et celebrationem statuatur.

2º Quid circa observationem decretorum Synodalium.

Syn. Dioec. cap. I et ultimo. Syn. Prov. Acta F. pag. LII.

R. Ad A) Ad 1<sup>um</sup> Ad custodiam fidei — disciplinae vigorem — unitatisque fulcrum.

Ad 2<sup>um</sup> Quolibet saltem triennio. Quando ob difficultates Conc. Prov. suo tempore non habetur, Episcopi ad Metropolitam convenient, ut de rebus Ecclesiasticis pertractent.

Ad 3<sup>um</sup> Quae utiles sunt „pro moderandis moribus, corrigendis excessibus, controversiis componendis aliisque ex SS. Canonibus permisis.” Trid.

Ad 4<sup>um</sup> Statuta et Decreta Conc. Prov. non ante *promulganda* esse quam a S. Sede recognita fuerint. *Dubia* solvet Episcopus Dioecesanus; si vero agatur de re gravi, recurrentum erit ad Metropolitam, qui de consensu caeterorum Episcoporum rem definit, salva S. Sedis auctoritate.

Ad B) Ad 1<sup>um</sup> Conferunt ad rectam Dioecesis administrationem, ut prudenter, post vota Parochorum audita, corrigenda corrigat Episcopus etc.

Ad 2<sup>um</sup> Quotannis. Quando ob difficultates non celebaretur, Antistes, convocato Capitulo aliquique viris Ecclesiasticis scientia et pietate insignibus, ordinationes

edat, quas utiles judicarit. Prius congreget ad se De canos, ut audiat quid animadverterint tum in visitatione sui Districtus tum in Congregatione Parochorum.

Ad C) Ut in convocatione et celebratione canones serventur, — ut omnes, qui de jure vel consuetudine vocandi sunt, convocentur, — ut nemo absit absque justa causa ab Archiepiscopo, si de Syn. Prov., ab Episcopo, si de Dioecesana agitur, probanda; — ut in prima sessione omnes emittant professionem fidei.

Ad 2<sup>um</sup> Decreta *Syn. Prov.* in Synodo Dioecesana iterum promulgata sunt cum addito: „Concilii Prov. de- „creta ab omnibus . . . reverenter recipi et sancte in- „violabiliterque observari in virtute sanctae obedientiae „iterum mandamus ac preecepimus.” b) Item praescribitur ut ea habeantur ut totidem divinae voluntatis documenta et signa. c) Omnes superiores illorum Decretorum amorem in subditorum cordibus foveant eorumque executionem procurent. d) Professores ea alumnis explicent p. 4. S. Dioec. — Decreta seu statuta *Syn. Dioecesanæ* omnibus *districte preecipimus*, ut diligenter observent et a suis subditis observari current. Obligatio est juxta regulas communes S. Theologiae Cap. XXVI. *Syn. Dioec.* p. 115.

Omnis dispensatio in statutis in scriptis habeatur pro valore, et Decano communicanda et in libro Decanal i notanda.

5. De Capitulis Canonicalibus petitur (Cap. V. S. P.):  
1. Quis et quando ea in nostra Provincia Ecclesiactica restauravit? et qualia?

R. Pius IX. 1858, 23 Julii. Constare debent ex una dignitate Praepositi, et ex octo canonicis, inter quos duo sint officia scil. Theologi et Poenitentiarii.

2. Quae eorum jura ac onera?

R. Jura sunt juxta Canones communes; onera, a) ut semel in mense in Ecclesia Cathedrali chorum adeant, atque apud Episcopum congregentur. Caeterum liberi sunt ab onere residentiae penes Cathedralem, et a choro p. 83. Theologus liber est a lectionibus p. 83. 84.

b) Ut Episcopo Pontificalia exercenti assistant.

c) Sede vacante, ut vicarium capitularem eligant, electione novi Episcopi vacent juxta Instruct. de Prop. Fid. 17 Julii 1858 scl. eligunt tres quos S. Sedi commendant.

d) Ut caeteris praeluceant exemplo, beneficentia erga pauperes etc. p. 86.

3. Quinam ad Canonicatum promovendi? R. Qui scientia et pietate commendantur.

4. Quis habitus eorum? R. Supra superpelliceum mozzetta nigri coloris, non serica, cuius forma in Synodo Prov. determinanda p. 87.

6. S. Prov. Cap. VI. 1<sup>a</sup> q. Ad quot classes officia Parochorum commode reduci possunt?

2. Quibus verbis ea Trid. sess. 23 I. de Ref. inculcat; et sub quibus similitudinibus Syn. Prov. p. 88?

3. Quid de singulo officio praescribitur in Syn. Prov. Cap. VI. et in Syn. Dioec. Cap. II. V. VI.

Ad 1<sup>um</sup> Ad tres vel quatuor: 1<sup>a</sup> classis respicit officia, quae ad Parochi *residentiam* spectant. \*)

2<sup>a</sup> Quae ad curam populi sui.

3<sup>ia</sup> Quae ad personales ipsius mores.

4<sup>a</sup> Quae ad ejus Ecclesiam.

---

\*) Cfr. Seavini p. 228. tom. 1.

Ad 2<sup>um</sup> Praecepto divino mandatum est etc. pag. 89.

— Synodus Prov. p. 87 ea exhibet sub figura providi Patrisfamilias — vigilantis Custodis — et boni Agricolae.

Ad 3<sup>ium</sup> Quoad 1<sup>um</sup> (residentiam.)

Praen. 1<sup>o</sup> Residentia distinguitur in materialem et formalem.

Praen. 2<sup>o</sup> Finis residentiae est a) ut gregi quolibet momento praesto simus. b) Sic praeservamur a nimia dissipatione D. p. 4. 5.

Circa *materialem* residentiam praescribitur:

1<sup>o</sup> Ut perpetuo resideant, nisi sit causa absentiae legitima p. 89.

2<sup>o</sup> Ubi sunt plures, ne unquam simul absint, nisi ad summum distantia semileuae ab aedibus parochialibus, nec unquam simul extra Parochiam pernoctent; ubi vero unus est nunquam extra Parochiam pernoctet, non substituto curato sacerdote, qui ibi pernoctet, nisi in casu particulari id ab Episcopo indulatum sit D. p. 5. (\*)

*Nota in U.* Ubi duo vel plures sunt, ne simul omnes absint, nisi ad summum distantia unius leuae, dummodo tamen etc. U. p. 5.

3<sup>o</sup> In casu legitimae absentiae satagant, ut grex nullum patiatur detrimentum. p. 89.

4<sup>o</sup> Diebus festis vel Dominica ne absint sine licentia Episcopi. Ibid.

5<sup>o</sup> Sacerdos substitutus, si licentia Episcopi ultra quindenam producitur, ab Episcopo approbari debet. Ibid.

---

(\*) Concessio Parochis pernoctandi extra parochiam non intelligitur nisi sub his conditionibus: 1. ut sacerdos e vicinia praemonitus et paratus sit ejus loco Sacraenta administrare. — 2. Dominica praecedentia e suggestu annuncietur tempus absentiae et sacerdos paratus. cfr. Communicanda Dioec. Buse. 1868.

6º Omnibus commendatur, ut quoties domo absint, domesticis indicent, ubi inveniri possunt. Ib.

7º Caveant a frequentioribus excursionibus D. p. 5.

Circa residentiam *formalem* praescribitur, ut principalia officia per se ipsum exerceat. D. p. 5. 6.

Quoad 2<sup>um</sup> (curam populi sui): Vi hujus officii debet 1º Oves suas cognoscere. Hinc generatim praescribitur cura a) ut gregis suae statum — indolem — et dispositiones perspectas habeat, ut omnium et singularum necessitatibus succurrere valeat. p. 90. Item b) Ut singuli hominum status officia sua rite adimpleant. D. 7.

Speciatim a) Visitatio annua totius Parochiae (praeter eam, quae initio Pastoratus sui). Haec fieri debet circa Pascha (\*) per seipsum nisi legitime impeditus sit; praecedente Dominica annuncietur, et iterum, si non absolvatur hac hebdomade, annuncianda D. 6.; inquirat quot in unaquaque familia adsint communicantes, confirmati, ad catechismum mittendi. Ea omnia describat in libro de statu animarum. 90.

*Nota in U. p. 6.* Si visitatio Parochiae „in una alterave hebdomade non absolvatur, denuo annunciabitur.”

b) Cura de Registris Baptizatorum — Confirm. — matrim. junctorum — mortuorum Ib. 90.

c) Cura de parentibus — filiis — dominis — famulis; de inimicis reconciliandis. Ibid.

d) Vigilantia circa exitiales libros — scandala — abusus; an lascivum quidquam serpat. Ibid. Remedia contra haec p. 91: Exercitationes in honorem B. M. V.,

---

(\*) Visitatio Parochiae instituenda est a Dominica 1<sup>a</sup> Quadragesimae usque ad Ascensionem Domini. cfr. Communicanda Dioec. Busc. 1868 in fine.

Patronorumque — pias Associationes ac Confraternitates. Ib.

Meminerint dum abusibus eradicandis incumbunt, summa opus esse prudentia ac mansuetudine: non aspere etc. D. 7. quamdiu oves fuerimus, vincimus.....

*Nota.* Speciali vigilantiae ejus commendantur Presbyteri et Seminarii alumni, ut Praesidi vel Episcopo referant etc. — puerorum vocatio ad sacerdotium — et institutio juventutis in scholis. D. 8.

2º Pro iis orare 91. Oratione assidua etc.

3º Pro iis sacrificium Missae offerre 91. D. 8.

*Quis?* R. Ipse Parochus personaliter, et si impeditus sit, per alium.

*Quoties?* Diebus dominicis et festis etiam *suppressis*, sed quoad festa suppressa sufficit hic ex Indulto Pii IX 1854, ut semel in anno, quod fit ex consuetudine in festo S. Joannis Evang., si dies liber.

*Nota in U. p. 8.* Concessio Pii IX. 7 Januarii 1858: „Satis esse.... ut applicent diebus dominicis et sex solemnioribus festis tantum sc. Nativ. — Circumc. — Epiph. — Assumpt. Mariae — Apost. Petri et Pauli et Omn. Sanct.

*Ubi?* In Parochia propria; ergo per alium, si legitime absit. D. 9.

4º Eas instruere: huc ergo pertinet correctio, item praedicationis munus, de quo S. Dioec. cap. V., et S. Prov. tit. 3. cap. V.; item puerorum catechisatio ibid. cap. seq.

Synodus Dioec. hic inculcat, ut juxta monitum concilii Trid. praecipue populo commendent: a) quae ad mortificationem carnis conducunt, hinc jejunia annuncient; — b) quae faciunt ad pietatem, hinc festa an-

nuncient, et indulgentias p. 11. Et Trid. addit „obedire praepositis suis (crebro admoneant.)

5º Sacraenta administrare 92. sedulitate et charitate impensissima — absque ulla personarum acceptatione — sollicitare — indefessi sint ad confessiones audiendas etc. De singulo Sacr. postea.

6º Specialissimam curam gerere a) aegrotorum: hinc si neverint aliquem aegratare ultro ad illum accendant, — pluries etc. 92, — mutuos poenitentes visitent, — Rituale hac de re legant. D. 9.

b) Egenorum praecipue verecundorum: eos eleemosynis et consiliis consolentur — de indigentibus inquirant — ditiores ad eleemosynas excitent. 93.

c) Litigantium — item puerorum, de quibus infra; nupturientium, infra. —

Quoad 3<sup>ium</sup> (personales ipsius mores): Hinc S. Prov. inculcat p. 93, ut habeant boni nominis testimonium, — prudentia, mansuetudine, charitate suorum animos sibi devinciant — sint comitate et humanitate commendabiles, in conversatione mansueti, in loquendo discreti, exemplares — disceptationibus rerum temporalium ne se immisceant — peculiarem cum paucis familiaritatem non habeant — personas domus vel Ecclesiae elegant immunes a pravi nominis suspicione — temporales commoditates ne inquirant, — caveant a levissima avaritiae suspicione, — sint obedientes superioribus suis — viri orationis — sancti. His S. Dioec. p. 10 addunt: concordia servanda cum suis adjutoribus, aliisque Ecclesiae aut Communitatis administris. Si inter Parochum et illos dissidium oriatur, tempestive moneatur Decanus etc. p. 10.

*Nota in U.* Mandamus ut, si dissidium oriatur inter

Parochum et Sacellum etc. tempestive moneatur Ordinarius, ut re mature perpensa pacem et concordiam restituere valeat.

Curet ut sit exemplum fidelium — item ut fideles sibi mutuo operibus bonis praeluceant p. 11.

*Nota.* Parochorum officia etiam sunt pro iis, qui provisorie Parochiae proficiuntur. Ibid.

Quoad 4<sup>um</sup> (Ecclesiae suae) Inculcatur a S. P. p. 94: Decorem domus Dei et cultus divini dignitatem cordi habeant quam maxime. Latius S. Dioec. capp. XXIII. XXXII. etc. seqq. cfr. S. Prov. tit. 10.

*Nota.* Capiti II<sup>o</sup> Syn. Dioecesana jungit paragraphum, qui agit de facultatibus Parochorum scl.: a) dispensare circa opera servilia; — b) indicare Missam tempore pluviae vel siccitatis; — c) singulo anno post diem Commem. omnium fidelium celebrare Missam pro Benefactoribus Eccl. sumptibus fabricae D. 11. 12. Aliae facultates in fine Stat. in circulari: concedendi Benedictionem papalem in fine vitae — benedicendi coronas, cruces, numismata, novas cruces. Haec omnibus Presbyteris, jurisdictionem exercentibus.

7. Syn. Prov. Cap. VII: Dioec. III: De Decanis.

1. Qua de causa Decani instituti sunt p. 94?

2. In quot Decanatus Dioecesis Buscoducensis divisa est D. p. 13?

3. Quaenam sunt Decanorum officia, et facultates?

Ad 1<sup>um</sup> In regiminis Episcopalis adjutorium.

Ad 2<sup>um</sup> In quatuordecim, recensiti l. c.

*Nota in U.* Diversa divisio Archidioecesis p. 12 etc.

Ad 3<sup>um</sup> Officia cfr. Jus Can.

1<sup>um</sup> Inquirere de clericorum et laicorum vita et moribus — quomodo Parochi in cura Parochiali se gerant

— de cultu, supellectili sacra, de executione decretorum visitationis. p. 94. 95. Sunt Pastores clericorum suae ditionis. D. 16. Hinc tenentur clericos delinquentes fraterne corripere. Bis vel ter frustra monitos ad Episcopum deferent 98.

2<sup>um</sup> Mandata Episcopi ad Parochos transmittere p. 95.

3<sup>um</sup> De vacante Ecclesia parochiali illico certiorem reddere Episcopum, atque interim administratorem designare 97.

4<sup>um</sup> Clericis sui districtus graviter aegrotantibus sacramenta exeuntium administrare 97. D. 16. Hac occasione curam gerat de stipendiis nondum persolutis etc., Archiva etc. custodiat obeunte Parocho, quae tradet successori 97. D. 17.

5<sup>um</sup> Invigilare ut bona ecclesiastica juxta canones admistrentur 98.

6<sup>um</sup> Sacra olea Parochis distribuere D. 17.

7<sup>um</sup> Annue convocare conventum Parochorum eique praesidere. D. 17. Prov. 99. Observata in decursu anni ante Congregationem Decanorum transmittere ad Episcopum 99.

8<sup>um</sup> Visitare Ecclesias sui districtus 98. D. 18.

9<sup>um</sup> Parochos in Ecclesiarum possessionem introduce-re intra 2 menses Stat. Dioec. p. 20. cfr. circulare in fine Stat. Dioec. I. litt. d).

*Nota in U.* in circulari in fine Stat. deëst facultas haec I. d). Stat. Busc.

10<sup>um</sup> Consiliarii legitimi sunt clericorum sui districtus p. 96. Item laci os ad se recurrentes audient et consilio adjuvent etc. ibid.

*Facultates:* 1<sup>a</sup> Benedicendi in districtu suo ornamen-ta et vasa, si non intervenit unctio. Circulare.

2<sup>a</sup> Dispensandi in tempore clauso et in 3<sup>ia</sup> proclaim.  
ante matrim.

3<sup>ia</sup> Restituendi jus petendi debitum — commutandi dispensando vota simplicia, exceptis perp. cast. et ingred. in relig. Hae in confessionis actu. Ibid.

4<sup>a</sup> Facultatem dare binandi, si ad Episcopum accurri nequit 98. Item ut alieni sacerdotes per 15 dies celebrent in suo districtu 98.

5<sup>a</sup> Exigendi parochialia jura sepieliendi etc. in obitu clerici sui districtus p. 97.

6<sup>a</sup> Indicendi sacrificium Missae tempore calamitoso.  
D. 20.

7<sup>a</sup> Permittendi separationem a thoro et cohabitatione provisorie ad 3 menses ib.

8<sup>a</sup> Absolvendi a reservatis ib.

8. Cap. VIII, D. IV. De vicariis Parochorum :

1. Quinam sic vocantur?

2. Quaenam locis cit. inculcantur eis?

Ad 1<sup>um</sup> Qui Parochis ab Episcopo adsignati sunt ut ipsis juvamen praestent 100.

Ad 2<sup>um</sup> 1<sup>o</sup> Quoad naturam eorum munieris : a) ut me-mores sint non sibi sed Parocho vi munieris animarum curam incumbere; ipsorum esse ut Parochum adjuvent; b) ne ullam sibi vindicent auctoritatem, nec consuetudines mutent; c) Parocho obedient in pastoralibus. Si se plus aequo gravari autument, id placide Parocho exponant, et si opus sit Decano vel Episcopo 100. d) Parocho revelent abusus, item modeste media pro bono Parochiae 100.

2<sup>o</sup> Quoad Disciplinam domesticam : a) In parochiali domo cohabitent. b) Disciplinae domesticae a Pastore statutae plene obedient D. p. 21. c) Rei domesticae

ne se immisceant 102. d) Indebita obsequia a servis non praesumant, debita honeste petant.

3º Quoad ipsis commissa: a) sint diligentes in administrandis sacramentis; b) infirmis visitandis, c) in predicatione: hinc incumbant praecipue in initio concionibus et catechesibus conscribendis — praedicent Evangelium, non mundanam curiositatem.

4º Quoad seipsos: a) assidue orent, b) sacris studiis incumbant: scientia ex exitu examinis patet 101, c) diebus dominicis et festis summo sacro vesperis et aliis publicis officiis interesse decet D. p. 22.

5º Quoad Parochianos: a) sint urbani, nec agant quidquam dignitati suae praejudicans. b) Eorum domus, nisi ratione muneris, aut concomitante Parocho frequenter non adeant, praesertim minus bene affectorum erga Parochum 101.

6º Quoad legem residentiae: Eadem ac Parochus tenentur, praecipiturque ne sine Parochi licentia unquam abesse possint. 101.

7º Quoad receptionem laciorum: ne unquam laicos praesertim vero foeminas in suo cubiculo recipiant, nisi impedita aula 102.

8º Quoad Parochum: a) Communi conatu tendant sacellanus et Parochus in salutem animarum.

b) A quavis praeceptionis specie sit alienissimus ut pote inferior munere, aetate et experientia; doceri amet, Parochi consilia petat, ei honorem exhibeat.

c) Si defectum in Parocho observent, caveant ne idcirco eum minus reverenter habeant, neque defectus revelent praecipue laicis.

d) Si plures sint sacellani sine consensu Parochi officia cuique assignata non commutabunt 103.

*Nota.* Parochus vicarium ut fratrem et filium diligit: — sit erga eum mitis, — instruat, — consilio adjuvet, — consoletur, — maxime honore prosequendum coram fidelibus curet 103.

9. Quid Syn. Dioec. cap. IV praescribit 1º aliis sacerdotibus Dioecesis Busc. inhabitantibus?

2º Quid circa sacerdotes peregrinos vagos?

Ad 1<sup>um</sup> R. 1º Ut bonis operibus suis et exemplo viam vitae aliis demonstrent.

2º Meminerint Parochum *praeesse* Parochiae curis spiritualibus. Proin ne se iis immisceant, nec Parocho difficultatem creent.

3º Horam Missae celebrandae servent a Parocho determinatam D. 22.

4º Parocho in functionibus, si petat, assistant.

5º Sacris intersint ut sacellani supra.

Ad 2<sup>um</sup> Prohibetur ne peregrinus ad celebrationem Missae admittatur vel alias functiones, nisi litteras *commendatitias* ab Episcopo nostro vel a proprio Ordinario aut Praefecto regulari datas ostenderit.

2º Neque ultra octiduum sine licentia Decani, nec ultra quindenam sine licentia Episcopi p. 22.

### **TITULUS TERTIUS**

#### **De custodia et Praedicatione Verbi Dei.**

1. Syn. Prov. cap. I. Recense generatim media, quibus Ecclesia utitur ad sanam fidei doctrinam custodiendam?

R. 1º Hanc custodiam confidendo et inculcando ministris Ecclesiae. Cap. I.

2º Leges praescribit: a) circa conversationem cum alienis a fide cap. II. b) Circa lectionem et editionem librorum cap. III.

3º Quandoque exigendo fidei professionem Cap. IV.

4º Invigilando praedicationis ministerio V. VI. D. V.VI.

2. Quaenam Syn. Prov. cap. I. Ecclesiae ministris praescribit et inculcanda tradit populo ut *depositum custodiatur*?

R. 1º Ut hoc considerent tanquam praecipuum eorum munus, cum verbum fidei sit connexum cum opere salutis 104.

2º Ut praecipue nostra aetate incessanter moneant fideles a) ad fidem conservandam, nec derisionibus concusso neque seductos speciosis verbis vel inani scientia 105; b) utque cogitent ad alias ad fidem reducendos et ut Evangelium infidelibus annuncietur 105.

3º Ut ministri ea, quae de fide et erroribus tit. I. cap. II. et IX dicta sunt, prudenter exponant.

*Prudenter*, nam quandoque expedit errores non recensere p. 105. 106.

4º Exponant motiva fidei, praecipue auctoritatem Ecclesiae in docendo, fidelium obligationem audiendi 106.

5º Curam assiduam gerant Parochi de puerorum scholis ipsis commissis, item de adolescentum institutione in sinu familiae.

6º Ne non Parochus suos instruat in privatis colloquiis.

7º Praecipue si quemquam videat vacillantem in fide.

8º Fidelibus commendet ut in dubiis accedant ad Parochum.

9º Moneant Rectores ut fideles habeant fidem vivam, — ad prompte audiendum verbum Dei.

10º Ministri doctrinam ex puris fontibus hauriant : S. Scriptura — Patrum Ecclesiaeque doctorum volumibus, quae assidue volvant, — ex definitionibus Ecclesiae, praecipue Tridentino — communi Theologorum sententia — Catechismo Romano 107. 108.

3. Prov. Cap. II. Quaenam circa *conversationem fidelium cum alienis a fide?*

R. 1º Considerent ex frequentiori ac intimiori cum illis commercio periculum esse ne fidei vigor sensim debilitetur 109.

2º Hinc Ecclesiam commendare ne unquam circa eos charitatis officiis desimus, sed ut a consortio, ex quo fidei detrimentum timeri potest, omnino caveamus. Item ut qui mixtim vivunt, exemplo suo trahant ut in Ecclesiam veniant.

3º Prohibitam esse communionem in sacris — haereticorum vel schismaticorum concionibus in templis interesse aut eorum cultui religioso, quasi simul cum eisdem agendo, interesse 110.

4º Ut quoad reliqua Parochi perversionis periculum caveant: nominatim invigilant ne Catholici penes eos famulentur, qui fidem irrideant, aut praecepta Ecclesiae impediант, — ne liberos instituendos committant iis a queis fidei periculum imminet.

5º Clericis publica disputatio cum haereticis aut schismaticis prohibita inconsulto Ordinario.

6º Leges Ecclesiae interdicere *cum judaeis* communionem et familiarem consuetudinem. Hinc vigilant Parochi ne Catholici servitium suum judaeis *assidue* impendant, neque lucri cupiditati cedant 110. Item curandum ne judaeorum opibus indigeant.

7º Ut fideles ab omnibus privatis consortiis se sine mora expediant, in quibus res fidei indigne habentur, et si id fiat a Catholicis. Si aliquando similia audiunt, opportune corripiant.

4. Prov. cap. III. De lectione et editione librorum dic: a) causam tantae sollicitudinis Ecclesiae.

b) Quaenam circa haec monet vel praescribit Ecclesia et Synodus?

Ad a) R. 1º Est nostra aetate pruritus legendi et copia librorum, quorum innumeri ad fidem moresque corrumpendos p. 111.

2º Quia facile lubricis ac noxiis abripimur.

Ad b) R. 1º Ut Episcopi praeter libros in Indice relatios, omnes noxios propria auctoritate e manibus fidelium evellere studeant, noxiosque designent. Hinc.

2º Synodus has leges inculcat p. 112; et praecipitos designat qui a jure naturali ac divino prohibentur, quamvis in Indice non relati sint.

3º Speciatim inculcat ne quis libellos vel *ephemerides* legat aut pecunia sustentet, quae continent lascivas, calumnias in Ecclesiam, vel in dogmata, vel principia socialis consuetudinis subvertunt 113.

4º Commendat ut Parochi curent talia removere, et bonos libros etiam relaxationi inservientes suppeditare v. g. per Bibliothecas, pro locorum opportunitate.

Speciatim de *editione*: 1º Fideles monet et Ecclesiasticis mandat ne libros edant de sacris rebus tractantes sine licentia Ordinarii.

2º Typographis et Bibliopolis nefas est tales libros imprimere vel vendere, sine Episcopi licentia. Idem est de impressione S. Scripturae vulgatae Editionis nec non versionum.

5º Moneantur fideles prohibitas versiones S.S. ab haereticis confectas, et alias omnes non approbatas. Imo consultum est semper licentiam petere a Parochio vel Confessario 115.

5. Prov. Cap. IV. De professione fidei dic: a) quandomam externe fides profitenda est et quomodo?

b) Quid jus ecclesiasticum hic praescribit?

R. Ad a) Dicit Synodus 116: „Omnes erudiant.... „animatorum curatores.... ut fidei professionem alacres „praedicent” scl. dum honor Dei vel salus proximi id exigant. Item ut eam manifestent universa agendi vivendique ratione nominatim publico sacramentorum usu etc.

Ad b) Ut eam emittant a) qui parochiale curam obtinent, infra duos menses; b) qui ad Canonicatum promoventur, scl. bis: semel coram Episcopo, semel in capitulo. Haec duo Trid.

c) Professores Seminarii — Lectores Regulares — Magistri ac Praeceptores in Gymnasiis Ecclesiasticis;

d) Clerici ante sacros Ordines.

6. Prov. V. Dioec. V. Circa praedicationis ministerium indica: 1. Quaenam Trid. praescribit.

2. Quibus diebus vel quo tempore Synodus Prov. concessionem vel instructionem mandat vel suadet?

3. Quid praescribunt Synodi circa praecedentem lectio-  
nen S. Scripturae — circa modum inchoandi instruc-  
tionem — circa materiam — circa modum praedicandi  
— circa tempus?

4. Quaenam ipsi ministro vitanda?

4. Quinam praedicare tenentur. Dioec. V.?

R. Ad 1º Ut, qui curam animatorum habent, per se vel, si impediti, per alios diebus saltem dominicis et festis solemnibus plebes pro sua et earum capacitate

pascant salutaribus verbis, docendo scitu necessaria ad salutem, vitia, quae declinare, idque cum brevitate et facilitate sermonis. Sess. 5. II. Ref.

2º Ut frequenter diebus praesertim dominicis et festis ex iis quae in Missa leguntur aliquid exponant, (Ratio quia Missa celebratur in lingua non vulgari), ac SS. hujus Sacrificii mysterium aliquod declarant. Sess. 22. Cap. VIII. De Sacrif. Miss.

3º Ut in Quadragesima et Adventu quotidie vel saltem ter in hebdomade, si Episcopi ita oportere duxerint, S. Scripturam divinamque legem annuncient. Sess. 24. IV. Ref.

Ad 2<sup>um</sup> 1º Praecipit ut ubi plures sunt sacerdotes singulis Dominicis et festis concio uberior fiat in Missa principaliori, et in aliis Missis brevis instructio dominicis, si non sint 1<sup>ae</sup> classis nec festum a populo ferandum occurrat. Ubi vero solus est Parochus, concio vel instructio in 1<sup>a</sup> vel 2<sup>a</sup> missa saltem alternatim fiat. 118. 119. (\*)

2º In Majoribus solemnitatibus curabunt, ut extraordinarii conciones habeantur in officio praesertim pomeridiano. Talis solemnitas vel Quadragesima ratio est concessionem vel instructionem in Missa habenda transferendi ad horas pomeridianas. Ib.

---

(\*) Festa solemnia, quae per binos dies continuos celebrantur quantum ad *concionem* quasi unum festum habentur. Communic. D. B. 1869.

Parochus qui est solus satisfacit dummodo sub prima vel secunda Missa concessionem vel instructionem habeat nempe alternatim. Per se commendatur ut in singula Missa concessionem vel instructionem habeat. Communic. D. B. 1869.

Sacerdos binans saltem alternatim concessionem vel instructionem habeat; sed concio aequa ac instructio in prima vel secunda Missa pro libitu fieri potest. Cfr. Communic. D. B. 1871.

Sermones pomeridiani frequentes sint 120 ; id nominatim speramus mense Majo.

3º Laudamus consuetudinem legendi in Quadragesima et Adventu in Missa Epistolam et Evangelium feriae , additis brevi sermone et explicatione.

Item eis committimus his temporibus (Quadrag. et Adv.) SS. Redemptionis mysteria extraordinariis concionibus accurate confectis proponere. 119.

Ad 3<sup>ium</sup> Ante concionem vel Instructionem praelegatur Epistola et Evangelium.

Omnis instructio catechetica exordium sumat a Pater — Ave — Credo , concludaturque actibus fidei etc. D. 24.

*Nota in U. p. 23.* Semel in mense instructio catechetica exordium sumat ab orationibus Pater noster , Ave M. et Symbolo Ap. et concludatur actibus Fidei etc.

*Materia* praecipua sit praesertim ruricolis circa fidei mysteria -- pracepta -- sacramenta et ritus Ecclesiae 120. De virtutibus et vitiis 118, — quam Trident. praescribit vide ad 1<sup>um</sup>.

Aptent eam indigentii et circumstantiis temporum et locorum , hinc mala quibus inficitur societas strenue repulsent , et proin saepe agant de obedientia Superioribus.

Circa modum praedicandi : 1º Certo ordine 120 ; 2º post longam et aptam praeparationem; 3º ejus oratio doceat delectet et flectat ; 4º non in sublimitate sermonis ; 5º non per subtiliores et inutiles quaestiones ; 6º brevi et facili sermone ; 7º quin vim in eo ponat , tamen ne respuat ornatiorem stylum 121. 122; 8º memoriter D. 23 , et e suggestu ; 9º praedicit exemplo et invocato S. Spiritu , 123. Dioec. 24.

Circa tempus : Instructio non ultra  $\frac{1}{4}$  horam , nec

concio post prudens exordium ultra medium horam ordinarie protrahatur D. 23. 24. — Post 1<sup>um</sup> Evangelium.

Ad 4<sup>un</sup> 1<sup>o</sup> Ne tractet ea, quae civilis gubernationis negotia respiciunt, vel inter saeculares disputata 122. 2<sup>o</sup> Ne unquam de seipso loquatur aut queratur de injuriis quas forte accipit. 3<sup>o</sup> Dum loquitur de scandalis, ne allusionibus invidiam creët in individuo. 4<sup>o</sup> Ne quaerat gloriam suam; nec pusillanimis fiat si fructus non sequatur 122. 123.

Ad 5<sup>um</sup> 1<sup>o</sup> Nemo, nisi Parochus vel ejus adjutor praedicare præsumat inconsulto Episcopo 120.

2<sup>o</sup> Non tt. Parochi et Sacellani sed et sacerdotes qui in sacellis publicis sacrificium offerunt. D. 22.

7. De Catechizandis pueris cap. VI. D. VI. ponuntur sex quaestiones:

1. Unde deducis hoc gravissimum Parochi officium? R. 1<sup>o</sup> Quia inde pendet sanctificatio hominis D. 24. 25. Pr. 124. — 2<sup>o</sup> Inde societas sancta procedit ejusque felicitas. — 3<sup>o</sup> Ex conaminibus impiorum 124.

2. Quid hic curare debet? R. 1<sup>o</sup> Ut statuta hora ad catechismum mittantur, non omittens hoc inculcare parentibus et tutoribus 124. — 2<sup>o</sup> Ut ipsi parentis a teneris instruant filios circa rudimenta doctrinae — justitiae sensum — recteque vivendi normam 125. seq. — interrogentque suos circa audita in catechismo 126. — 3<sup>o</sup> Ut in unaquaque familia catechismus reperiatur ac constanter perlegatur 126.

3. Quas regulas servabit fini catechismi assequendo aptissimas?

R. Generatim sollicitus sit ut in omni charitate et patientia instructionem captui eorum accommodet — ut

pueri bene attendant — ut explicationibus, exemplis, comparationibus veritates altius imprimat — indicetque *practicum usum*: 124. Non litteram tantum memoriter discant, sed sensum assequantur D. 26.

Speciatim Syn. Dioec. 26—28. 1<sup>a</sup> amore prosequi eos ut alter Christus, pater, mater, nutrix.

2<sup>a</sup> Indagare indolem, capacitatem, modum loquendi.

3<sup>a</sup> Non multa, sed multum (summa cura praeparatum) dicere.

4<sup>a</sup> Disciplinam integre servare D. 27. Hinc a) sedent, distincto sexu, facie versa ad Altare, petulantiores inter sapientiores; b) non admittantur infra requisitam aetatem; c) silentium altissimum obtineat, — suo exemplo, — dicendo id gratissimum Deo — praemiis vel castigationibus, *sed omnino abstinendum a verberationibus*. (Incorrigitur, monitis parentibus, dimitti possunt). Ostendat se maximi facere diligentiorum frequentiam — vultus modestiam — animi sagacitatem 125 — jucundum esse sibi.

5<sup>a</sup> Aptus sit modus: dogmata per facta historica exponantur; praxin doceat v. g. orandi, confitendi etc. dicendo quomodo fieri — quomodo non fieri debeat.

6<sup>a</sup> *Diebus dominicis conclusio fiat brevi ac practica instructione morali ex mox explicatis D. 28.*

4. A qua saltem aetate pueri ad catechismum vocandi sunt? R. Saltem a septimo aetatis anno ad catechismum vocentur D. 25.

5. Quoties instruendi sunt pueri?

R. 1<sup>o</sup> Instructio puerorum, quorum ordines discreto Parochorum judicio reliquuntur (D. 25), fiat singulis diebus Dominicis ac bis ad minus singula hebdomade 125, idque per unam circiter horam D. 25. 3

Attamen puerorum instructio pomeridiana omitti potest a) diebus Dom. 1<sup>ae</sup> classis, b) quibus occurrit vel subsequitur festum in populo feriandum; c) quibus adoratio XL Horarum, d) vel 1<sup>a</sup> communio, e) vel Missio habetur, f) durante Missione, g) a Dom. Pass. usque ad 2 post Pascha *etiam* infra hebdomadam D. 25.

2<sup>o</sup> Qui praeparantur ad primam communionem ab Adventu (quo tempore fit puellarum ac puerorum delectus 147 seu catechizandi pro 1<sup>a</sup> communione catalogo adscribendi sunt D. 38) usque ad 1<sup>am</sup> comm. *quotidie* certis statisque horis instruantur 147, idque per horam circiter D. 37, exceptis a) sabbatis, b) festivitatum vigiliis et c) festis in populo feriandis.

3<sup>o</sup> Anno proxime praecedente ad 1<sup>am</sup> comm. admissi iisdem diebus ac sub 2<sup>o</sup>, ac insuper Dominicis diebus. D. 37.

4<sup>o</sup> Optandum ut Neocommunicantes 2<sup>di</sup> quoque ac tertii anni per aliquod tempus in anni decursu, quantum hoc fieri potest, catechismum frequentent. Examen *horum* antecommun. Paschalem consultum, pro 1<sup>i</sup> et 2<sup>i</sup> anni praeceptum. D. 37.

*Nota in U. p. 36.* Admissi ad 1<sup>am</sup> communionem per integrum annum catechesi interesse debent diebus Dominicis. Consuetudo ut Neocommunicantes 1<sup>i</sup> et 2<sup>i</sup> anni catechismum perseverantiae per aliquod tempus in anni decursu, quantum hoc fieri potest, frequentent, laudanda, ac ut introducatur, optandum.

5<sup>o</sup> Confirmandi per tres hebdomades quinquies saltem singulis hebdomadis instruantur D. 32.

6. Quando promulgandae sunt leges de frequentanda catechesi? R. Singulis annis initio Adventus eae promulgabuntur e suggestu. D. 38.

*Nota.* Fiat catechismus juxta catechismum Dioec. D. 25.

## TITULUS QUARTUS.

### De Novae legis Sacramentis.

I. De Sacramentis generatim cap. I petitur :

1. Explica cum S. Bonaventura quomodo Ecclesia per Sacra menta sit terribilis ut castrorum acies ordinata 127.

2. Quaenam synodus inculcat sacerdotibus ut sancte administrentur 128. 129?

3. Quaenam fidelibus inculcanda ut ea sancte suscipiant. 130.

4. Quid praescribitur: a) circa indignos repellendos 130? b) circa oblationes 130. 131?

Ad 1<sup>um</sup> *Terribilis*, quia fortis per Confirm., — *acies*, quia unita per SS. Eucharistiam, — *ordinata* per Ordinem. Ex hac acie per mortem subtractos restaurat Matrimonium; — prostratos per culpam erigit Poenitentia. Hanc aciem quis ingreditur ad praelandum per Baptismum; hac acie egreditur ad coronam per Extremam Unctionem.

Ad 2<sup>um</sup> 1<sup>o</sup> Ut perpendant quanta veneratione digna sint.

2<sup>o</sup> Ut ritus religiose et attente observent.

3<sup>o</sup> Caveant ne materiae vel formae quid desit. — Intentio sit actualis vel saltem virtualis. — Verba distincte et articulatim proferant.

4<sup>o</sup> Ut incessus et exterior compositio nil nisi grave prae se ferat.

5<sup>o</sup> Locus administrationis, vasa, libri, vestes nitida sint.

6<sup>o</sup> Ut sancta *sancte* pertractet. Hinc in eo requiritur sanctitas. Hebr. X. 28. Deteriora etc.

7<sup>o</sup> Ut diligentissimi sint in hoc munere obeundo 131.

Ad 3<sup>um</sup> Crebro moneantur ut rite se praeparent, et mente devota et toto corporis habitu rite compositi accedant. Hinc eos diligenter erudiant de Sacramentorum virtute — dignitate — caeremoniis — animi dispositione, — et duo efficere conentur: 1<sup>um</sup> ut intelligent quanto honore digna sint, 2<sup>um</sup> ut sibi damnum putent, si Poenitentiae et praecipue SS. Eucharistiae usu aliquamdiu careant.

Ad 4<sup>um</sup> ad a). Ut eos prudente severitate arceant. Imo praecipitur recursus ad Ordinarium si res moram patiatur.

Ad b) Interdicitur ne pro Sacramentis aliquid directe petant. Quoad oblationes, quae occasione Sacramentorum dantur, laudabiles serventur consuetudines. Nulla vero hac in re habeatur legitima consuetudo nisi quae ab Episcopo probata fuerit. Abusus corrigantur.

II. S. P. cap. II. D. VII. De Sacram. Baptismi:

1. Quaenam deducuntur ex ejus necessitate?

R. 1º Maxime interesse ut fideles cognoscant ea quae ad Baptismum referuntur, quare Parochi nunquam se satis multam operam in exponendo Eo se collocasse arbitrentur 132.

2º Curandum ut rite administretur et suscipiatur.

3º Monendos esse parentes ut recentes nati quamprimum et nunquam tardius tertia a nativitate die ad Ecclesiam deferantur.

4º Incumbere Parochis ut praesertim obstetrices sciant valide baptizare 133.

5º Monendas esse opportune *mulleres gravidas*, ne noceant proli, et proin ut abstineant a periculis laboribus etc. D. 28. Item instruendas de modo baptizandi abortiva *ib.* Eadem occasione parentes memores reddantur legis prohibentis infantulos secum in eodem lecto collocare D. 28.

2. Quaenam S. D. praecribit de ablutionis aqua et de fonte? R. Adhibeatur aqua eo anno consecrata D. 29. Hinc oleum in Coena D<sup>ni</sup> consecratum statim obtineant, quo utantur sabbato ante Pascha. Aqua conservetur in fonte mundo nitida, alias iterum benedicatur formula Rit. Rom. Fons operculo et clave claudatur D. 29.

*Nota in U. p. 29. Non præscribitur ut oleum S. obtineatur feria 5 in Coena Domini.*

3. A quo, ubi, et quo ritu baptizandum?

R. *A Parocho* vel auctorizato (extra necessitatem). Ipsum vero baptismum nonnisi *in parochiali Ecclesia* penes fontem Baptismalem administrandum esse districte praecipimus 133, nisi Episcopus dispensem. In eodem loco postea domi baptizatorum coeremoniae suppleantur 133. Hinc, nisi constet, interroget Parochus an infans sit suae Parochiae — an domi baptizatus D. 29.

Quoad *ritum* distinguat an infans — an adultus, — i. e. septennio expleto — an solemniter vel domi privatim baptizet, quo casu vide D. p. 30.

4. Quid de inscriptione in libro Baptismali?

R. Antequam infans ex Eccl. asportetur, fiat D. 30. Si patrini adhibeantur tantum in suppletione coeremoniarum, id adnotetur. *Ibid.*

5. Quid de Baptismo conditionali?

R. 1º De eis, qui ob periculum mortis privatim baptizati sunt: circa validitatem eorum baptismi diligentissime perscrutetur Parochus 133, et si prudens dubium adsit, sub conditione rebaptizentur.

2º De expositis: conditionatim rebaptizandi si plene non constiterit de Bapt. eorum 134.

3º De redeuntibus ex haeresi: in nostris regionibus

ait S. Prov. 134 ut plurimum sub conditione rebaptizantur, sed *non sine sententia Episcopi* exquisita; *imo nostra licentia* impetrata ante Bapt. emittat professionem fidei. D. 31. Parochi petentes licentiam prius diligenter inquirant et inventa Episcopo communicent D. 31.

6. Quomodo cum adultis agendum 134? R. Non statim etc.

7. Quid circa patrinos praescribitur?

R. 1º Cum hoc officium nimium negligenter habeatur hodie, sedulo et nominatim exponant officia 135.

2º Edoceat non licere suscipere infantem, qui ab haeretico vel schismatico baptizetur D. 31.

3º Arcendos esse a) infideles etc. 135. 136. Nota: quid si indignus se praesentet 136.

8. Quid de nomine — puerperis 137. D. 31 — commemoratione Baptismi?

R. Prohibemus, ait S. P. 137, ne fabulosa, obscaena et ridicula *nomina* imponantur, et praecipimus caelitum tt. nomina, quae in probatis Martyrologiis reperiuntur, assumi. Ratio, ut imitetur et precetur hunc Sanctum.

*Puerperae* ad Ecclesiam accedant benedictionem accepturae 137. Hanc consuetudinem ait S. D. p. 31 servandam decernimus; non vero admittantur sine rationabili causa ante 15 diem a partu; deneganda est haec benedictio tribus generibus D. 32, (notorie ex copula illicita — matrim. illicito mixto, quin reconciliatae — dum infans ab acatholico ministris baptiz.) de qua denegatione opportune monenda puerperae.

*Jugis* commemoratio fiat accepti Baptismi, praesertim anniversaria die a) religiosis actibus piisque operibus, b) renovatis saepius votis baptismalibus publice et privatim 137.

III. Syn. Pr. III. D. VIII. De Confirmatione petitur:

1. Quid denotat, quod quis *in fronte* — per *cru-*  
*cem* — *chrismate* inungatur? R. 138.

2. An necessarium 138, et qua aetate suscipiendum 139?

R. Non de necessitate medii sed praecepti gravis, data occasione. In articulo mortis in quacumque aetate semper utiliter confertur; sed in ordinariis circumstantiis nemo ante septennium, nec diutius differendum 139.

3. Quid observandum *ante* — *in* — *post*?

*Ante*: 1º Erudiendi sunt 138, et sic „statuimus, aiunt statuta D. 32, „ut peculiari cura per tres saltem septimanas, quinquies ad minus singulis septimanis, confirmandi erudiantur.

2º Examinandi sunt, nisi constet de idoneitate, et quidem singuli et seorsim, an sciant saltem distincte preces consuetas, mysteria fidei, pracepta Dei et Eccl., caetera fidei rudimenta, naturam etc. Confirmationis D. 32. 33.

3º Disponendi sunt a) quoad animam et hinc omni pietatis sensu prius accedant ad confessionem et ad 1<sup>am</sup> Communionem admissi insuper ad Communionem.

Si haec duo [2º et 3º a) scientia et praeparatio] ad-  
sint, admissis porrigenda est *schedula* a Parocho vel ejus nomine a sacellano signata 139. D. 33.

b) Quoad corpus: et hinc observent *jejunium* si comode possit D. 33; — ut *frons* sit crinibus vacua, faeminarumque caput tectum integumento *plano* ib.; — mares a foeminis distinguantur et primo loco mares accedant. — Cum ad vicinam Ecclesiam ire tenentur, desideramus, si nil obstet, ut pueri praecedant, sit peregrinatio pia 140. D. 33.

4º Adsit patrinus: unus saltem pro masculis et una saltem pro foeminis ejusdem Parochiae — non idem pro

pluribus Ecclesiis D. 34 — diversi ab iis Baptismatis — excluduntur iidem ac in Baptismate 140.

*In collatione:* a) ut statim, incoepitis caeremoniis, fores Eccl. claudantur 140 D. 34, nec quis abeat nisi post benedictionem D. 34.

b) Omni decora pompa celebretur 140.

c) Tempore administrationis alternatim cantentur hymni etc. atque Rosarium oretur D. 34.

*Post collationem:* Modeste domum redeant — qui ex altera Parochia ordine quo venerunt — sancte diem transigant D. 35. Curandum ut donum hoc alte animis infixum maneat 140, strenueque pugnant.

IV. Prov. IV. D. IX. De SS. Eucharistiae Sacramento :

1. Unde ducit Trid. ejus excellentiam?

R. Quia continet jam ante usum Auctorem gratiae 141.

2. Quid praescribitur circa ejus custodiam — susceptionem — administrationem?

R. Circa custodiam: 1º In solis Ecclesiis parochialiibus vel regularibus 142. — Collocetur in tabernaculo in medio Altaris posito — pixis intus deaurata alboque velo cooperta insideat corporali mundo *alternis mensibus mutando*. Adsit aliud vas 143. De ostensorio, lunula ib.

2º Tabernaculum clavi obseretur, quae a Parocho vel Rectore Ecclesiae fideliter custodienda est; consultitur ut adsit duplex.

3º Nihil aliud in tabernaculo reponatur.

4º Lampas ardeat.

5º Particulae renoventur toties ut periculum corruptionis avertatur — fiat alternis saltem hebdomadibus — nullibi ultra mensem differatur 143.

*Circa susceptionem:* 1º Ut efficaciter ad ejus frequentiam excitentur. Hinc a) doceantur assidue de tanti be-

neficii magnitudine, et nemo sit qui ejus virtutem et fructus nesciat 144.

b) Allegari possunt verba Trid. et S. Francisci Sal. sententia D. 35.

c) Paratissimi sint suscipere volentibus, et ne quidquam retributionis de mensa communionis exigant D. 35.

2º Simul tamen excitentur ut debite se praeparent 145, et, si agatur de frequenti communione bis in hebdomade, adsint conditiones requisitae D. 36.

Circa *administrationem*: observet Rit. Rom. — non distribuat in altari in quo alius celebrat 145, — non destribuendum in sacellis privatis 146, — non ante auroram nec post meridiem *ib.*

V. Prov. V. D. X. De prima puerorum Communione: Quaenam hic a Parocho observanda?

R. 1º Ut sedulo inculcet et ipse meditetur quanti momenti sit 146. D. 37. Incendat igitur tenera corda ferventissimo erga Christum amore et maximam cibi istius existimationem in ipsis infundat 146.

2º Praescripta de Catechismo cfr. scripta Tit. 3. q. 7. subquaestione 5. l. 2. 3. 4.

3º Non admittantur regulariter ante annum 12<sup>um</sup> incoepum, nec post 14<sup>um</sup> completum 147, — non nisi ab ipso Parocho examinati circa doctrinam et mores 147.

4º Fiat non ante Dom. 4. Quadr. nec post festum Ascensionis 147, nec per annum omittatur inconsulto Ordinario D. 38.

5º A solo Parocho suscipiant eam 147, exceptio pro collegiis ecclesiasticis etc. D. 38.

6º Qui pueris praeparandis incumbunt, corrigant eorum defectus, informentque ad virtutes maxime obedientiae et pietatis 147.

7º Saepius confiteantur 147, etiam generali Confessione 148, — optimeque ultimis diebus pium facient secessum *ib.* — a parentibus petant benedictionem D. 39., qui monendi sunt circa vestes D. 38.

8º Fiat maximo apparatu 148. D. 38. — pridie sonitus campanae — Altare ornetur — communicantes ante altare — post Evangelium sermo brevis — sub Comm. *Veni Creator.* (*Nota in U.* Non praescribitur *Veni Creator* sub Communione) — in Laudibus, quibus intersint parentes 148, votorum Bapt. renovatio praemissa sermone D. 39., et electio Mariae, — Te Deum — Indulgentia 40 dierum Dom. praec. annuncietur D. 39.

9º Dent nomen Confraternitati Ador. Perp. — singulo mense ad Comm. — Catechismum perseverantiae frequentent D. 39.

*Nota in U.* p. 38. *Commendatur* inscriptio in Confraternitatibus.

VI. Prov. VI. D. XI. De Communione Paschali quid Parochis praescribitur, et b) quid statuitur?

R. ad a) 1º Ut praeceptum Concilii Latr. „Omnis utriusque etc.” quadragesimali tempore ad praeceptum Rit. Rom. quotannis e suggestu promulgetur et rite explicetur 149.

2º Ut hoc omni ardore et industria inculcent, monentes a) huic obediendum esse si viva velint esse Ecclesiae membra, b) conveniens esse tempus, c) primos fideles quotidie suscepisse 150.

3º Ut simul inculcent quod debeat fieri in propria Parochia, nec satisfieri in alia ecclesia sine licentia Episcopi vel Parochi.

4º Ne quis sine hac licentia alienum Parochianum ad Comm. Pasch. admittat. *ib.*

- 5º Neo-Communicantes 1<sup>i</sup> et 2<sup>i</sup> anni examinandi D. 37.  
6º Aegrotis in paschalibus diebus deferatur D. 40.  
7º Venia dilationis tempore paschali petatur et concedatur.

8º In pagis alibi confessi doceant id testimonio confessarii, si suspicio adsit D. 40.

Ad b) statuitur 1º Tempus: pro omnibus Dioecesis Busc. a Dom. Pass. usque ad Dom. in Albis, pro primo-commun. et aegrotis extenditur usque ad Dom. 2 post Pascha D. 40.

*Nota in U. p. 39.* Ordinario concessa est facultas extendendi tempus Paschale a Dom. Passionis usque ad 2<sup>am</sup> post Pascha utrinque inclusive: hinc Parochi extensionem petere possunt. Annuimus ut primo-communicantes et aegroti tempore dicto Ecclesiae praecepto satisfacere possint.

2º Permittitur ut in Seminariis, Collegiis etc. satisfiat 151.

VII. Prov. VII. D. XII. De Communione infirmorum:

1. Quaenam observabit Parochus a) circa non graverter decumbentes, — b) circa constitutos in periculo mortis, — c) circa pueros, — d) circa ritum et cultum in via et in domo?

2. Cujus officium est administrare viaticum, et quid inde sequitur pro Sacellano?

Ad 1<sup>um</sup> ad a). 1º Sedulo hortentur ut saepius eam suscipiant maxime in solemnitatibus, et sacerdotes sint paratissimi eam deferre quoties cupiunt 152.

2º Curet ut satisfaciant jejunii praecepto Paschali 152.

Ad b) 1º Quod praecepto divino teneantur Viaticum suscipere 152.

2º Vigilet ut opportuno tempore suscipiatur.

3º Perseverante periculo iterato deferet cupienti. *ib.*

4º Non eximi qui die anteriori non graviter decumbentes communicarunt 153.

5º Nulla oblatio suscipiatur si devotionis causa vel *iterato* viaticum deferatur D. 42.

Ad c) Iis conferri potest si adsit discretio; restituti sanitati communicare non pertinet 153.

Ad d) Stola alba sub veste — pixis in bursa in sinu reposita — in cubiculo stola supra vestem etc. D. 41.

2º Sincerissima devotione iter percurrat 153.

3º Hortetur fideles ut majori qua valent veneratione et amore Deum suscipiant D. 41. Pr. 153. Praemoneat Parochianos ut cubiculum ab omni sorde mundetur — mensa cum linteo, cruce, luminaribus, vasculo aquae benedictae et aquae simplicis, linteum ante pectus infirmi D. 41.

R. Ad 2<sup>um</sup> Munus est Parochi; qui et Vicariis suis illud delegat. Permititur et Rectoribus Seminarii etc. 152. D. 42.

Sacellanus singulis vicibus certiorem reddat Parochum de administrato viatico D. 42.

VIII. Prov. VIII. D. XIII. De Sacramento Poenitentiae: Ad quaenam vi statutorum attendet minister sacer circa Sacram. Poenitentiae?

R. 1º Ad ejus institutionem et necessitatem et partes 153—155.

2º Ut diligenter explicetur. Ratio ex Catech Trid.: quia frequenter suscipitur. D. 42.

3º Ut fideles ad ejus frequentem usum excitentur, et omittentibus annuam Confess. praeceptum Ecclesiae in mentem revocetur 156. 157. (Quoad comm. Paschalem vide p. 149 singulis annis e suggestu promulg.).

4º *Etiam pueros teneri ad praeceptum 157.* Hinc Syn. Dioec. 43 praescribit a) ut Parochi pueros mature modum pie et fructuose confitendi doceant; b) ut magna erga Sacr. Poen. aestimatione et affectu imbuantur.

c) *Mandat ut pueri qui praecepto confessionis tenentur, ad minus bis in anno et quantum fieri potest statutis temporibus, ac praemissa aliqua præparatione ad confessionem vocentur D. 43; multum vero laudat eos, qui quater in anno feriis Quatuor temporum eos ad confess. vocant.*

Post 1<sup>am</sup> Comm. saltem per unum annum statutis diebus singulis circiter mensibus ad confess. accedant D. 43.

5º Ad jurisdictionis naturam et extensionem: Parochis conceditur *ordinaria*, aliis *delegata* 157. — In Dioecesi Busc. per se est pro *tota Dioecesi*, sed de consensu quorum interest; *prohibetur omnino ne quis excipiat confess.*, dum Parochus loci aut ille cuius interest consensum non dedit D. 44. Non agitur hic de sacerdotibus missis ad certum locum; sed litteras approbationis statim Parocco et Decano intra quindenam exhibeant. D. 44.

Quidam casus reservantur, praeter in mortis articulo 158: D. 45. suppositis supponendis. D. 45. scl. *pro omnibus* a) casus complicis, idque etiam in articulo mortis, nisi deficiente tunc quocumque alio sacerdote. D. 45. b) Absolutio culpabilis complicis, cui annexitur ex-comm. S. Pontifici reservata et suspensio Episcopo specialissime reservata D. 45. c) falsa denunciatio confessarii sollicitantis. cfr. Circulare in fine Stat. Dioec. n. II.

Pro *aliquibus* reservantur: 1º Quinque casus papales. Circulare in fine Stat. — 2º Decem casus Episcopales D. p. 46.

Absolvere tamen possunt a casibus *papalibus* omnes: si confessiones audiunt in ordine ad a) matrim. (Cfr. cir-

culare *iB.*) — b) Viaticum, — c) Extr. Unct. — d) Communionem infirm. ,— vel e) quamlibet infirmi confessionem. — Item f) in casibus haereticorum ad fidem conversionis.

A casibus *Episcopalibus* vero absolvere possunt si confessionem audiunt in ordine a) ad matrim. — b) Viatic. — c) Extr. Unct. — d) Comm. infirm.,— e) vel quamlibet infirmi confessionem. Item f) in locis ubi celebratur Missio — oratio XL Horarum — Jubil. — Patroni festum pridie, ipso festo, in octav. cfr. D. 48. g. h.

*Nota.* 1º In articulo mortis nemo per se potest dispensare super irregul. vel in votis D. 45 I. Quoad suspensionem Episcopo reservatam vide ib. II. — 2º Haeresis et abortus specialiter reservati D. 47. — 3º Limitationes circa casus *Episcopales* a—f (g. h. supr.)

6º Ne nomen complicis inquirant D. 49.

7º Ad munieris gravitatem : hinc prius orent 159, studeant ib., blande suscipiant, *imparatos* disponant (cfr. Leonis XII verba) 160, nullus infensus discedat 161, ne aegre ferant si alteri confiteantur, imo saepe extraordinarios confessarios procurent 162, ne se immisceant bonis temporalibus administrandis 162, ne stipendia etc. 163. D. 50.

8º Ad *sigillum* 162. D. 49: hinc a) abstineant a gemitu et strepitu, b) submisse loquantur, c) aequa lente Benedictio detur, d) in petitione consilii ne nomen exprimas, e) in familiari conversatione et praesertim ad mensam nunquam de auditis in confessione fiat sermo D. 49. 40. f) licentia raro petatur.

9º *Ad locum:* sit sacer — mulierum confessio in Ecclesia ut in Rit. Rom., (si id nequeat tamen patenti loco si possit) 162. Ante ortum solis et post occasum lumen adsit. Clerici in quovis loco D. 50.

10º *Ad tempus*: semper prompti — ultro se offerant diebus Dom. et festis nec non in sabbatis et vigiliis festorum 163.

IX. Syn. Prov. IX. D. XIV. De indulgentiis petitur :

1. Quos modos redimendi poenas temporales Syn. Prov. allegat? R. Quatuor p. 164 scl. a) Per satisfactionem sacramentalem. b) Per alia poenitentiae opera hoc fine sponte suscepta. c) Per ipsas calamitates patienter toleratas. d) Per Indulgentias.

2. Quomodo Indulg. concedendi potestatem probat?

R. 1º Ex S. Scriptura. 2º Ex usu antiquo. 3º Ex conciliis. 4º Ex thesauro Ecclesiae, qui constat ex infinitis Christi meritis et satisfactionibus et ex superabundantibus satisfactionibus Sanctorum 165.

3. Quibus applicari possunt probando quod defunctis?

R. p. 165. Pro vivis et defunctis. Prb. ex communione Sanctorum.

4. Quaenam ministro sacro officia inculcat?

R. 1º Syn. Prov. commendat enixe ut rite exponant quae spectant ad indulg. *doctrinam et usum*: insistant in eo, per Indulgentias nunquam *peccata remitti* — proin requiri statum *gratiae* — ob eas poenitentiae opera non esse rejicienda, cum Ecclesia non desidia sed infirmitati nostrae subveniat 166 — opera ab Ecclesia praescripta implenda esse *ib.*

2º Ut Parochi et concionatores fideles frequenter hortentur ad earum usum 167. Quem in finem dicunt Stat. Dioec. p. 50: Parochos summopere exhortamur, ut commendent viam crucis, erigant confraternitates menstruas habentes indulgentias, indicentque orationes, quibus annexa indulgentia.

3º Quoad abusus: *prohibet*, ne quis ullas novas aut

ignotas Indulg. populo commendet nisi prius ab Ordinario recognitas et approbatas 166. Formalitas haec explicatur D. 51.

*Praecipit* vero Parochis ut populum suum diligenter admoneant, ne foliis aut libellis quibusvis temere fidem adhibeant hac in re. 167.

*Nota.* Bullae scribantur in Registro memoriali D. 110.

X. De Extrema Unctione: Syn. Prov. X. D. XV.

Quaenam de ea praescribuntur?

R. 1º D. 52. Ut saepius fidelibus inculcent ea quae Syn. Prov. edixit a) de ejus praestantia vide verbas. Jacobi 167. Hoc etiam patet *ex fine*: alia Sacraenta praestant in vita remedia adversus hostes, hoc Sacramentum vero in fine vitae 168. D. 52 in initio.

b) De ejus effectibus ibid. scl. ut delicta si quae sint etc.

c) De ejus subjecto scl. administrandum iis qui periculose decumbunt — senibus qui indies mori videntur — pueris, qui absolvi possunt — adultis amentibus non perpetuo 168. 169 — sensibus destitutis 170.

2º Statuimus ut unctio renum omittatur D. 52.

*Nota in U.* Nil de omissione unctionis ad lumbos.

3º Quoad reiterationem serio meditentur verba S. Li-guorio D. 52.

4º Ad Parochum spectat curare ne quis sine ea moriatur 169, neque retardet donec aeger sit sensibus destitutus *ib.* Hinc Parochiani saepe monendi sunt, ut ad familiares et domesticos suos mature advocent sacerdotem *ib.*, allegatis motivis scl. ut consolatione coelesti reficiantur etc. *ib.*

5º Curandum ne omittatur Benedictio Apostolica D. 53.

6º Per se praemittatur confessio et Viaticum 170.

7º In honesto et tuto loco asservetur sacrum oleum,

nec unquam relinquatur in aedibus infirmi, nec in conclavi sacerdotis 170. 171. — Vasculum si fieri potest sit argenteum — sacculus sericus, violaceus 170.

8º Meminerint se de assistentia aegrotorum strictissimam reddituros esse rationem. Caveant ergo ne infirmum relinquant, sed ei jugiter praesto sint ac omni pietatis officio succurrant 171.

9º Esse munera Parochialis, proin cuilibet sacerdoti prohibitam, nisi ex ejus vel Ordinarii licentia 169.

XI. De Sacram. Ordinis Prov. XI. D. XVI.

Quaenam hic praescribuntur Episcopis — ordinandis — Parochis?

R. *Episcopis*: 1º Ut manus cito nemini imponant.

2º Ut non admittant nisi subditum suum 173, et congruum habentem titulum.

*Ordinandis*: 1º Nomina promulganda in Parochia 173.

2º Ut seipso probent: cogitent qua innocentia vixerint — quos habitus virtutum contraxerint — de zelo animarum — capacitate — intentione 174.

3º Consulant superiores et prudentem confessarium 175.

4º Omnes ordinandi per aliquot dies 175 et ad sacros Ordines promovendi per se per decem dies spiritualibus exercitiis vacent D. 54.

5º Promovendi ad S. Ordines emittant Professionem fidei 117.

*Parochis*: 1º Ut nomina ad S. Ordines promovendorum, qui ad eum spectant, inter Missarum solemnia promulgent. Hac occasione monebunt fideles ut libere pandant obstacula, item ut orent pro ordinandis 174.

*Nota*. Omnibus ex officio interrogatis hac de re praecipimus ut animi sensa sincere pandant 174. 4

2º Ut studiose invigilent feriarum tempore clericis 175.

3º Ut advertant an inter adolescentulos suaे Parochiae inveniantur, qui spem praebent egregios fore eventuros Ecclesiae ministros 175.

XII. De Sacramento Matrim. P. XII. D. XVII.

1. Unde patet non novissimum tenere locum inter officia Pastoralia?

2. Indica praecipua Parochi hac in re officia?

R. ad 1<sup>um</sup> quia inde pendet bonum familiarum — rei-publicae — Ecclesiae D. 54.

R. ad 2<sup>um</sup> 1<sup>um</sup> Instructio fidelium: circa sanctitatem ejus — circa officia conjugalia. Haec instructio fiat omni data occasione, sed saltem singulis annis circa Epiphaniam in una alterave concione explicent sanctitatem, fines, impedimenta magis obvia, praeparationem, parentum filiorumque officia D. 55. Item juxta Prov. 177 erudiantur circa Catholicam hujus Sacramenti doctrinam — effectus Sacramenti — officia conjugum. Monet tamen 178 ne se immisceant componendis nuptiis.

2<sup>um</sup> Nupturientium inquisitio: Ante proclamationes inquirat 1º An instructi sint: a) circa requisita ad licitam susceptionem matrimonii; b) puncta necessitatis medii et praecepti; c) modum conferendi Baptismum in necessitate. Minus instructi ante matrimonii contractum denuo examinentur. Non admittendi si nesciunt necessaria scitu ex necessitate medii vel praecepti.

2º Circa publica impedimenta.

3º Aliquando de morte prioris conjugis. D. 55. 56. et Prov. 178.

4º 189. De consensu parentum: si eum negent, consulatur Episcopus.

3<sup>um</sup> Copulandos praeparare per orationem, sacramen-

tis Poenit. et Euchar., fuga peccati : confessio est de praecepto et regulariter octo dies ante. S. P. 181 addit: electio confessarii relinquatur libera. cfr. quoque 189.

4<sup>um</sup> Ipse assistat matrimonii, nisi gravissima causa impeditus D. 56.

S. Prov. 180: a) fiat coram Parocho proprio et duobus testibus, b) post actum civilem : qui post hunc in Ecclesia matrimonium celebrare renuunt, moneantur de concubinatu; c) coram Parocho sponsae.

5<sup>um</sup> Circa proclamationes 178: a) fiant ter etc. (1) b) post ultimam non diu differatur matrimonium; si intra duos menses post eas non contrahitur, sunt repentinae, nisi aliter Episcopo videatur. c) In Parochia utriusque etiam in ea, quam reliquerunt, nisi jam a sex mensibus eam deseruerint. d) Parochi explicit finem proclamationum. e) Sub eodem tecto habitantes non proclamentur.

Circa vagos D. 57. proclamentur in loco ubi degunt et in loco originis vel ubi diutius morati. Si agatur de vagis proprie dictis requiritur licentia Ordinarii 179.

*Milites* in propria Parochia et ubi morantur D. 57.

*Nota.* Si in pluribus locis ejusdem Dioecesis bannae fiant, requiritur scriptum testimonium de absentia obicis, de confessione et communione; si diversae Dioecesis, testimonium comprobetur ab Ordinario, si dubium D. 57. (Id juxta Rit. Rom.)

6<sup>um</sup> Circa dispensationem in impedimentis: prudenter et tempestive impeditat — si petenda, inquirat — debite omnia in libello supplici exprimat — debite exequatur eam D. 58. Eadem Prov. 179.

*Nota.* Exoptat ut si a Papa petatur dispensatio in foro

---

1) Proclamationes fieri possunt in omni Missa, quae hora fixa populoque annunciatā celebretur. Communic. D. B. 1869.

externo , prius libellus ad Episcopum transmittatur D. 59.

7<sup>um</sup> Circa solemnisationem Matrim. 1) : promoveatur praxis contrahendi ante vel post Missam pro sposo et sponsa. *Praecipitur* ut fiat in Ecclesia duobus saltem cereis accensis D. 60. Ritus sit juxta Rit. Rom. Prov. 181.

8<sup>um</sup> Circa revalidationem Matrim. 60. Nullitatis arcnum celetur donec dispensatio impetrata sit.

9<sup>um</sup> Etiam in conjugatis castitatem fovere D. 61. Item (181) charitatem — indissolubilitatem. Si propria auctoritate separati, non admittendi ad Sacraenta.

*Nota.* 1<sup>o</sup> Facultates Confessarii D. 48.

2<sup>o</sup> Registrum D. 111.

XIII. De matrimonii mixtis P. XIII. D. XVIII.

Quaenam observanda ministris sacris :

1<sup>o</sup> Ut antevertantur?

2<sup>o</sup> Si celebrentur licite vel illicite?

3<sup>o</sup> Iis illicite celebratis?

R. Ad 1<sup>um</sup> *Parochi* suos tam publicis quam privatis sermonibus prudenter ab iis absterreant 184.

Quos de talibus matrimonii cogitare noverint, sedulo hortentur *ib.* et D. 61.

Allegent diversas leges ea prohibentes 183. D. 61, item rationes prohibitionis scl. sacrilegium — periculum admittendi fidem — pravam sobolis institutionem 183.

*Confessarii* etiam instant opportune et importune, monentes nihil gravius esse quam copulari alienigenae ob *libidinis* et *discordiae* incentiva et *sacrilegii* flagitia D. 62. Sub denegatione absolutionis curandum ne sine dispensatione

---

1) Satagendum ut matrimonium celebretur ante vel post Missam pro sponsis oblatam ; cum hoc tamen ubique commodo fieri nequeat, matrimonium etiam extra Missam contrahi permittitur. — Nulla solemnitas superaddi potest. Communic. D. B. 1871.

satione contrahant D. 62. — suppositis conditionibus necessariis Parochi, et Confessarii si notum sit, etiam parentum auxilium implorent, ut et ipsi suos filios retineant, et conversationem eò ducentem impediант 185.

R. ad 2<sup>um</sup> *Si licite*: 1º attende requiri gravem causam et conditiones expressas, quod absit periculum fidei amittendae — sese allaboraturum ad conversionem compartis — filios omnes educaturum in fide catholica 183. — Si petatur dispensatio a S. Sede, ad Episcopum transmittatur instrumentum cautionum praestitarum, subscriptione sponsorum, duorum testium ac ipsius Parochi, Parochiaeque sigillo confirmatum 185.

2º Attende talia matrimonia extra Ecclesiam, absque benedictione sacerdotali, ulloque alio sacro ritu celebranda esse 185. 186.

*Si illicite*: Si spretis monitis illicite ea ineant, Pastoris officium erit a matrimonio vel sola sua præsentia honestando et ab alio quovis approbationis actu prorsus abstinere 186.

R. ad 3<sup>ium</sup> Conjux fidelis poenitentiam agat coneturque conjugem convertere; — animarum curator catholicos, qui talia matrim. inierunt ac præsertim catholicas mulieres admoneat, ut ad poenitentiam illam excitentur, suisque satisfaciant obligationibus, præsertim educandi omnes filios in fide Catholica 187. Si non poeniteat eos vel conditiones implere renuant, absolutionis incapaces sunt *ibid*. Si tamen ad cor redeant et malum in quantum possunt, reparare polliceantur, absolutio danda est 187.

#### XIV. De sponsalibus P. XIV. D. XIX.

1. Quaenam praescribuntur: a) circa sponsalia; b) circa consensum parentum; c) circa oppositionem, d) præparationem, e) procationem, f) conventicula juvenum et puer-

larum, g) coetus infantium diversi sexus, h) lascivos sermones, libros, imagines, spectacula?

2. Quandonam hac in re recurrendum est ad Ordinarium?

3. De quibusnam monendi sunt parentes?

R. ad 1<sup>um</sup> ad a). 1<sup>o</sup> A *clandestinis* graviter dehortandos esse fideles per Parochos et Confessarios 187. — Huic Statuta Dioec. addunt p. 62: „Mandamus iis ut sive in catechesi aut concionibus e suggestu, sive in sacro Poenitentiae tribunali juventutem ab illis sedulo avertere satagant” allegando seqq. motiva a) in iis facile deesse maturam deliberationem 188 — b) parentumque et consulendorum consensum *ib.* — c) Ansam praebere deceptioni et seductioni *ib.* — d) Ea esse *improbata* per Synod. Prov. et Statuta Dioec. 188. D. 63.

2<sup>o</sup> *Solemnia* esse abrogata 188.

Ad b). R. Ut Parochi filios-familias ac puellas nuptias cupientes non omittant monere parentum consensum exquirendum in primis ab ipsis esse. Motiva sunt praeceptum Domini: Honora patrem etc., item ob malos effectus 188. Officia parentum etc. infra q. 2. 3.

Ad c). Ut Parochus rem indagare et componere satagat. Si oppositio fundata perget, res referatur ad Ordinarium 189.

Ad d). R. 1<sup>o</sup> Parochi diligenter inquirant super requisitis in Rit. Rom. 189.

2<sup>o</sup> Sponsos opportune hortentur ut frequenter se muniant Sacramentorum et orationis auxilio 189.

3<sup>o</sup> Procul sint profana desideria, mundani affectus etc.

Ad e). R. 1<sup>o</sup> Parochi assidue curent, ut nimia illa sponsorum consuetudo et familiaritas prorsus recidatur 189, invocato etiam parentum auxilio 189. Motiva sunt: scandala, peccata, infasta matrimonia.

2º Praecipitur ut abusus existentes Parochi quamprimum innotescere faciant Episcopo 189.

3º Quapropter, addunt Stat. Dioec. 63 procationes *intempestivas* et *clancularias* si non semper saltem plerumque ut occasiones proximas gravium peccatorum habeat et qua tales tractet. A fortiori oppugnet *inhonestas* v. g. facie ad faciem *ib.*

4º Castitatis lily diligent excolere nusquam desinant D. 63.

Ad f) R. Ut conventicula *continuo* oppugnent Parochi et Confessarii. Itaque in eo enitendum est, ut quam rassisime agantur ac in iis abstineatur a cantilenis periculosis D. 64.

Ad g). R. Custodiant innocentiam infantium curatores animarum dissuadendo fortiter eos conventus et extirpando, dirigantque eorum affectus in vera cordis gaudia, in amorem Jesu et Mariae D. 64.

Ad h). R. Rectores animarum providi sint, ut libidinosa sermones, libri, imagines, spectacula e Parochiis penitus amandentur D. 64.

R. ad 2<sup>um</sup>. 1º Si parentes perseveranter denegent consensum 189.

2º Si abusus circa sponsorum familiaritatem in Parochia existant. *ib.*

R. ad 3<sup>um</sup>. 1º Ne irrationabiliter denegent consensum, sed procedant juxta vias Domini 188.

2º Ut vigilant ne proles periculo exponantur 189.  
190.

## TITULUS V.

### De cultu divino.

I. De cultus necessitate et decore. Prov. cap. I.

1. Qualis cultus requiritur et contra quos errores?

2. Quaenam ministris sacris hac in re officia?

R. ad 1<sup>um</sup>. Internus et externus, individualis et socialis seu communis, idque splendidus 191. 192.

*Errores* 1<sup>o</sup> Abstinendum esse ab omni cultus *pompa*.

2<sup>o</sup> Publicum et sociale cultum rejiciendum esse ut superstitionis.

R. ad 2<sup>um</sup>. 1<sup>o</sup> Animarum curatores cultus religiosi publici, eorumque omnium, quae illum comitantur ejusque splendorem constituunt, necessitatem et utilitatem identidem inculcent.

2<sup>o</sup> Parochi nullo uti omittant opportuno medio, quo Sanctae Ecclesiae fides et praxis a populo venerationi habentur, et fidelium studium Deum publice et in communi colendi ardentissimum sit et in dies augeatur 193. Motiva: exemplum — inde splendor cultus *ib.*

3<sup>o</sup> Juxta votum Ecclesiae (193) sacerdotes cultus splendorem promoveant, memores finium liturgiae: actus subjectionis — gratitudinis — amoris; — ut erigamus ad invisibilia — ad devotionem — ad unitatem.

II. De S. Missae Sacrificio: Prov. II. Dioec. XX.

1. Recense breviter quaenam circa hoc et illuc pertinentias praescribuntur?

2. Indica speciatim de quo fideles monendi?

R. ad 1<sup>um</sup>. 1<sup>o</sup> Quoad *dispositionem*: adsit cordis mun-ditia ac puritas, exteriorque devotionis ac pietatis species. Hinc Provincialis Synodus ab omibus sacerdotibus

et praecipue ab Ecclesiarum Rectoribus postulat ac flagitat ut Ecclesiasticae leges in re tam gravi religiosissime serventur 196. D. 65.

2º *De loco*: in Ecclesiis consecratis vel benedictis — in publicis Oratoriis post visitationem Episcopalem — in privatis indulto Papae 196. cfr. 200 stipendi causa. (1)

3º *De Altari* etc. (2) sit consecratum — integrum — si possibile, fixum — ornatum — crucifixi imago in medio in conspectu. — Lapidea mensa sat ampla — non longius a fronte quam 6 centimetris D. 65. Prov. 196. cfr. 206. D. 111. — Super Altare nil impertinens ponatur.

*Candela*e: numerus exacte servetur tempore Missae — tempore expositionis SS. sex, in expositione reliquiae duae D. 73. 78 — sint sebaceae 196 (3).

*Lintermina* sacra sint ex lino vel cannabe, quae immediate tangunt Corpus Christi ex tenuiori. Corporalia sine interpolationibus, Purificatoria unice huic usui; omnino munda sint mappae, corporalia, Pallae, Purificatoria 196 seq. D. 65.

*Calix* vel cuppa et patena argentea et deaurata 197. cfr. 143.

*Vestes* sacrae sint nitidae — formae Romanae (aliter prohibitae 197) — integrae. Decernimus nemini omnino

---

(1) In sacellis domesticis, in quibus SS. Sacramentum ex Indulto Ap. asservatur, at Missa celebrari non solet, toties saltem ibi SS. Sacrificium offeratur quoties juxta Statuta species renovandae sunt. Alias amovendum. Commun. D. B. 1868. 1869.

(2) Unum Altare privilegiatum in omnibus Ecclesiis parochialibus et rectoralibus conceditur. Inscriptio sit in Altari. Commun. D. B. 1869.

Idem peti potest pro Oratoriis domuum religiosarum. Commun. D. B. 1872.

(3) In Missis privatis de se non licet plures quam duos cereos accendere. Commun. D. B. 1871.

licere absque talari veste sacrificare 197. Hinc in uniuscujusque Ecclesiae sacristia vestis talaris sit, non lacera D. 65.

4º Sacerdotes enixe commonemus, ut Rubricas servent; meminerintque se obligari saepius legere Rubricas Missalis 197. 198. In Missis solemnioribus (1) diebus Dominicis vel festis strictius serventur: sacerdos et chorus canenda integre canant 198, contraria consuetudine abrogata. Hinc Decanos et Parochos rogamus ut in suis Districtibus et Parochiis illarum observationi invigilent, deficientes arguant, pertinaces ad Nos deferant D. 66.

Diaconi et subdiaconi in Missa solemni nec librum nec Rosarium pree manibus habeant D. 66.

Hortamur ut Litanias non nisi flexis genibus inchoent, non confuse et raptim D. 66.

*Nota in U.* — Nil de Litania Lauretana.

5º De *inservientibus* Missae: Quis? R. Pii ac morigeri, — instructi de caeremoniis ac sanctitate actionis 198. Mulier potest tt. respondere *ib.*

Quomodo? Decenter vestiti; praecipue diebus Dominicis et festis saltem toga, exposito SS. insuper superpelliceo D. 66.

6º De *materia*: panis ex tritico puro, recens, in forma praescripta. Vinum purum, non acidum vel corruptum. A fide dignis ematur 198 sq., vinariosque prae-moneant de usu pro sacrificio D. 66.

7º De *stipendio*: prohibentur eujusvis generis mercedum conditiones. — Episcoporum est determinare quantitatem; — accipiens stipendum alteri totum reddat licet consentit 199. 200.

---

(1) Per Missam solemniori ritu celebratam intelligitur ea, quae celebratur assistentibus Diacono et subdiacono, item quae sine iis cantatur diebus maxime solemnibus. Communic. D. B. 1869.

Sacellani et Assistentes accipient quantum auctoritas vel consuetudo statuit D. 67.

Ne quis plus exigat, nec fraudulenter minus D. 67.

Ne plures recipient quam quas intra modicum tempus implere possunt 200, alias offerentem moneant D. 67.

Exhortamur ut suscepta stipendia et implementum in proprio Missarum elenco adnotent 200. Interdicitur in alia Ecclesia celebrare quam dans stipendum voluit. Item prohibetur Missas mittere extra Dioecesim 200.

8º De *fundationibus*: perpetua vel ad longum tempus Missarum onera non suscipiantur sine venia Episcopi 200 — rite persolvantur — extet in sacristia eorumdem onerum tabula omnium oculis perspicua 201 — ne propria auctoritate minuantur *ib.* — districte prohibemus ne pecuniae vel bona pro fundationibus in pium usum impendantur D. 67. In instrumentis legatorum bona adscribantur Parochiali Ecclesiae. Parocho legata, sunt qualitati ejus, proin a magistris fabricae administranda sunt. Pecuniae adhibeantur ad acquirenda bona immobilia vel census hypothecatos D. 68. Aliás non acceptentur nisi addita conditione cessare onus si pecuniae pereant *ib.* 68. Haec conditio sit in tabula. *ib.*

9º De *binatione*: Haec licentia ab Episcopo, vel in necessitate a Decano petenda — datur tt. quamdiu causa perduret vel aliis sacerdos adsit 201; si haberi possit sub gravi abstinentum D. 69. Sacerdotes binandi facultate instructi sed impediti ea transit ad vicem gerentem. Item in casu inopinato, quo nec Assistens nec facultas peti potest, quilibet binare potest, modo jejonus, et Missae iteratio necessaria sit D. 69.

In casu binationis idem calix, nisi in locis dissitis D. 69. Pro una solum Missa stipendium, nullum, qui pro populo celebrat, nisi dispensante Episcopo 201.

R. ad 2<sup>um</sup>. Fideles a Parochis saepe stimulandi sunt ut etiam diebus feriatis praecipue in Adventu et Quadragesima intersint. Hinc Parochis injungimus ut tempus adaptent majori fidelium commoditati — inchoent ipso horae momento — Missae fiant diversis statisque horis — ubi multae Missae, fiant per singulas horas vel semihoras. Hoc et in Monasteriis fieri optamus D. 71.

Fideles Sacrificium aestiment, grati sint 201. 202.

III. De cultu SS. Eucharistiae ejusque expositione P.  
III. D. cap. XXI.

1. Quaenam de cultu? 2. Quaenam de expositione observanda? 3. Quaenam populo proponenda?

R. ad 1<sup>um</sup> Non cessent sacerdotes publice et private fideles commonere ac proprio exemplo excitare ut ad Christum adorandum etiam atque etiam accedant. 204. D. 77.

R. ad 2<sup>um</sup> 1<sup>o</sup> Praecipit S. Prov. Rectoribus Ecclesiarum ut expositio fiat eo quo par est splendido apparatu, et observatis Ritualis Rom. praescriptis 204. D. 77. Hinc clerici praetereuntes utroque genu flectant D. 77.

2<sup>o</sup> Distinguenda sunt 1<sup>o</sup> expositio a) publica et privata — b) publica solemnis cum ostensorio et minus solemnis cum ciborio. 2<sup>o</sup> Benedictio cum Pixide velata, et cum ostensorio vel ciborio de qua hic simul agitur.

*Privata*: licet ex justa et rationabili causa D. 72. P. 205.

*Modus*: patefacto tabernaculo tantum D. 72.

*Ritus*: sex cerei — sacerdos superpelliceo et stola alba — unus saltem minister toga et superpelliceo — aperto tabernaculo incensat, in silentio vel clara voce orat, nec recedat ante finem, nisi adsit aliis sacerdos. Non licet dare benedictionem — in fine incensat. — claudit D. 73.

*Tempus*: non bis eodem die — non sub Missa vel functionibus.

*Benedictio cum Pixide velata*: nunquam bis in die permittitur — sex cerei 205. D. 73; *modus* ut D. 76. Non permissa post distributam S. Communionem D. 73.

*De publica expositione*: Non fiat nisi ex causa publica ab Ordinario approbata D. 74. Ergo si praeter concessos dies velis, recurrendum ad Episcopum 205.

*De publica solemni*: tempus, modus et ordo ab Episcopo praescripta servanda sunt 205.

*Tempus* D. 74: in Missa et Vesperis Nativ. etc.

Eodem modo triduo exercitii Quadraginta Horarum, ubi est institutum D. 75; votum Episcoporum est ut propagetur 206. In eo observandum: indulgentiae lucrantur licet nocte interrumpatur, dummodo horis diurnis non interrumpatur et impleantur 40 Horae, et hoc praecipimus ut fiat 206. — Missa in hoc Altari unica solemnis 206, etiam si potest cum Diacono et Subd. D. 75. Adsint si potest clerici vel pii laici adorantes sejunctim 207. — Vespepraecedente Laudes cum „Veni creator” — quotidie Laudes, ultima die „Te Deum” — templum ornetur D. 75.

*De publica minus solemni*: tempus D. 75. (Hac occasione quid in *Laudibus cantandum* D. 76., in *Commemor. fidel. ib.* — quod non omittendae diebus Dom. et festis D. 76.)

Nunquam eadem die post meridiem repetatur expositio D. 76.

*Nota in U. p. 72. 73. 1º Solemnis expositio in ostensorio permissa praeter dies in Stat. Busc. insuper in festis Circunc. — Purific. — Annunc. — Nativit. B. M. V. — S. Willibrordi — Dedicationis Eccl. 2º Minus solemnis in ciborio permissa in festis S. Nominis Jesu*

— S. Trinit. — per Octav. Corp. — in prima Dom. mensis — in fériis in quibus consuevit Missa cantari cum Expos. S. Sacramenti — tribus diebus ad libitum Parochi.

*In U. p. 75. Nil de conopaeo ut B. p. 77.*

*De Benedictionis modo D. 76: cantatur „Tantum ergo” etc.; velum humerale et ornamenta Altaris sub expositione vel Benedictione semper alba; paramenta celebrantis si sub Missa vel vesperis vel immediati post ea, ut color Missae vel officii, secus alba. (1)*

*De processionibns: 1º Ut usus ad normam Rit. Rom. retineatur Synodus Prov. exoptat et praescribit 207.*

2º Vetat ne sine consensu Episcopi novae fiant ib.

3º Fiant cum insigni solemnitatis apparatu ib.

R. ad 3<sup>um</sup> 1º Curent diligentissime Parochi haec omnia Ecclesiae instituta fidelibus rite exponere et explicare 207. D. 77.

2º Alia media non omittant ad conservandum SS. Eucharistiam adorandi studium, v. g. *Sodalitates* S. Sacramenti, quibus adscribendos curabunt Parochi primo Communicantes 207.

3º Nominatum commendatum volumus ut erigatur vel excolatur sodalitas Adorationis perpetuae ib. et 208.

4º Cfr. dicta ad 1<sup>um</sup>.

IV. De cultu Sanctorum Cap. IV.:

1. Quare coelites invocamus et veneramur?
2. Quinam praecipue invocandi et cur?
3. Quomodo eorum festa celebranda?
4. Quaenam praescribuntur ministris sacris?

---

(1) Incensatio, postquam Benedictio cum SS. Sacramento data sit, non est *contra* Rubricas, sed duntaxat *praeter* eas; quare usus iste, ubi invaluit, conservari posse videtur. Communic. D. B. 1869.

R. ad 1<sup>um</sup> 1<sup>o</sup> Quia Dei majestas et bonitas in eis res-  
lument.

2<sup>o</sup> Quia Ecclesiae militanti intercessores dati.

3<sup>o</sup> Quia gratiae praesidia in nobis augent 208. 212.

R. ad 2<sup>um</sup> 1<sup>o</sup> Prae omnibus Maria, a) quia Deus eam ante omnes coelestium charismatum copia cumulavit 209. — b) item quia edidit Salvatorem, ideo requirit filialem devotionis affectum. — c) Quia Mater nostra constituta. — d) Quia contra adversa tuetur et bona confert *ib.*

2<sup>o</sup> Inter *Angelos* et Sanctos alios praec. S. Michaël, quia Ecclesiae tutelae praepositus est — Angeli custodes, ne hostibus succumbamus — Praecursor Domini, quia non surrexit major — S. Joseph, quia Christi uti Pater (adde, quia jam Ecclesiae patronus) — sancti Apostoli prae-cipue Petrus, quia Princeps — S. Willibrordus et Bonifacius, quia his nostrae regiones tantopere debent — nostrates ut Gorcomienses, Canisius, quia intercessores Dioecesibus nostris — sancti Ecclesiae titulares. Hos clerus ac populus universus colat.

3<sup>o</sup> Unusquisque tenerrimo affectu colat suum patronum 213.

R. ad 3<sup>iam</sup> 1<sup>o</sup> Omni pompa 213. Festa B. Mariae insigniori apparatu praemissis etiam Novendiis 211.

2<sup>o</sup> Caveant ne irreplant ebrietatum abusus 213.

3<sup>o</sup> Ut imitari eos studeant 214.

R. ad 4<sup>um</sup> 1<sup>o</sup> Nulli studio, nulli labori parcant Parochi caeterique ministri, ut crescat cultus Mariae 211. Ratio quia efficax remedium ad conversionem peccatorum et justorum profectum. Hinc in ejus festis insigne Mariae praerogativas in publicis sermonibus rite exponant — festa majori apparatu celebrent, praemissis Novendiis —

mensem Majum juxta praescriptum 120. 211. — Soda-litates erigant — Rosarium fiat cultus domesticus et quotidianus in unaquaque familia.

2º Doceant assidue Pastores, colendos esse coelites 212. cfr. ad 2<sup>um</sup> et 3<sup>ium</sup>.

V. De S. Reliquiis et imaginibus Prov. V. D. XXII.  
Quaenam de iis inculcantur?

I. De *Reliquiis*: 1º Ut fideles fidem (eas honorandas esse) libere pandant. 2º Severe interdicimus novas recipere vel exponere, nisi Episcopo approbante 215. 3º Pretiosis in quantum potest thecis condantur. 4º Honestioribus locis asserventur. 5º Monemus Parochos ut eas religiose custodiant. 6º Reverenter venerandas exhibeant. 7º Caveant ne exposito SS. Sacramento in Altari eas exponent — nec supra nec in tabernaculo. 8º Earum approbationis litterae asserventur in Archivo 215. 9º D. 78. In expositione solemni duo cerei — in veneratione alba vel superpelliceum et stola — formula *ib.* — nullae collectae — ne ad tangenda animalia etc.

*Nota. In U. p. 76. Formula in veneratione Reliquiae S. Crucis est haec: „Per signum Crucis de inimicis” etc.*

II. De *Imaginibus*: 1º Severissime prohibemus ne exhibeantur falsi dogmatis — ne pingantur procaci venustate — cum apocryphis historiis — superstitiones, turpes, profanae, piis oculis offensivae 216 — insolitiae.

2º Ne novae precationum formulae coram imaginibus publice facienda introducantur sine venia Episcopi.

3º Attendamus ad fructus: eruditio — monitio 217.

VI. De cantu Ecclesiastico Prov. VI.

Recense 1. Generalia de cantu. 2. Specialia de cantu ordinario — item de harmonico. 3. Praescripta de Organis. 4. De canentibus in choro?

Ad 1<sup>um</sup>. 1<sup>o</sup> *Finis* ejus est: ad divinae majestatis cultum excitandum et augendum 217.

2<sup>o</sup> Hinc musicae lasciviae arcendae sunt 218.

3<sup>o</sup> In Ecclesiasticis functionibus cantiones omnes in lingua vulgari prohibemus, nisi post functiones ecclesiasticas; sed advigilent sacerdotes ut nullæ adhibeantur nisi vere aedificant 219.

4<sup>o</sup> Praecipimus ut in functionibus Eccl. cuiusvis cantici verba desumantur ex receptis antiphonis, hymnis, precibus 219.

5<sup>o</sup> Cantus sit festivus vel moestus pro tempore *ib.* Hanc legem rigorose servandam satagant Ecclesiae Rectores.

Ad 2<sup>um</sup>. 1<sup>o</sup> Cantus Gregorianus ut foveatur ac promovetur vehementer cupit Synodus 218. — 2<sup>o</sup> Graviter monemus clericos ut illum addiscant. — 3<sup>o</sup> In seminariis Episcopi fovebunt scholas hujus cantus.

*De harmonico:* a) Ad regulas artis Christianae compositus sit. — b) Excellat gravitate et decore, puritate et majestate 218. — c) Invigilent Rectores ne introducantur modulationes leves — scenicae — profanos motus concitantes — nimio vocum conclamantium strepitu, vel verborum transpositione vel prolixitate improbandae 219.

Ad 3<sup>ium</sup>. 1<sup>o</sup> Organa non alia instrumenta permittuntur nisi ex venia Episcopi 220.

2<sup>o</sup> Sonus organi nec voces opprimat nec mentes offendat 220.

3<sup>o</sup> Moduli sint graves etc. *ib.*

Ad 4<sup>um</sup>. 1<sup>o</sup> Decernimus et mandamus mulieres excludentas ab odeo nisi in ecclesiis vel capellis Religiosarum 221.

2<sup>o</sup> Cantores sint religiosi — credant corde, quod cantant — pie canant *ib.*

VII. De Ecclesiis Prov. VII. D. XXIII.

1. Quaenam commendant earum majestatem?

2. Indica hac de re praescripta vel prohibita.

Ad 1<sup>um</sup>. Commendatur 1<sup>o</sup> Ex effectibus: inde cultus dignitas et fidei documentum 221.

2<sup>o</sup> Ex earum destinatione: sunt domus Dei et orationis. *ib.*

Ad 2<sup>um</sup>. 1<sup>o</sup> Parochis et aedituis ecclesiarum cura et custodia concreditur. Hinc venustate splendescant — munda sint omnia in ea 222 et cum aedificio ipso convenient stylo D. 79. *Specialia*: pelvis baptismalis sit rite custodita et si possit e solido lapide; — sedes confessionalis patenti loco, ab altari remoto, cum cratula perforata D. 79; — *pavimentum* saepissime et quandoque integra ecclesiae facies mundetur 222, scl. singulis saltem septimanis verratur D. 79, et semel saltem in anno muri et fenestra mundentur. D. 79.

2<sup>o</sup> Diligat Parochus decorem domus Dei; item fideles praebeat exemplo et monitis ut etiam ad eum augendum largiter concurrant 223.

3<sup>o</sup> Vetitum est sine Antistitis licentia ecclesias vel oratoria publica erigere, amplificare vel mutare. Ne cogitet de hoc, nisi adsit necessaria dos, nec petat nisi simul subjiciat adumbrationem ecclesiae vel oratorii. Mutatio convenient stylo aedificii; — si nova erigatur, presbyterium si potest vertatur in orientem, a latere dextero portae principalis sit fons baptismalis 223.

4<sup>o</sup> Integritati earum invigilet, et hinc reparanda mox instauret 224.

5<sup>o</sup> Absque Ordinarii licentia ne amoveat altaria fixa, picturas, statuas, sculpturas, monumenta nec cum aliis

immutet *ib.*; nec erigat monumenta, mausolea, vel titulos lapidi inscribat.

6º Stricte observandum edicimus ne in fornicibus aut tectis ecclesiae vel oratorii profana sint vel cubicula.

7º Sacristia: a) spectet ad austrum vel duplicitur paries quae vertitur ad occidentem — fenestrae saepe aperiae — porta clausa — silentium D. 79. b) Contineat crucifixi imaginem — mensam cruce instructam — tabellam cum nomine Patroni et Antistitis, item cum orationibus — genuflexorium — aquarium cum 2 manutergiis — prope januam quae ad templum dicit vas aquae benedictae 224 etc. Item vestem talarem D. 65 et tabellam fundationum 201. c) Sit sat ampla 225.

8º In ecclesia sit sacrarium ad projiciendam aquam *ib.* — scamna convenientia, etiam pro pauperibus 225; — laici intra presbyterii septa non admittantur.

9º Jubeant Parochi exemplo et verbo externam reverentiam servari in ecclesia 225.

VIII. De funeribus et sepulturis: Prov. VIII. D. XXIV.

1. Quaenam Parochus observabit?

2. Quid populum docebit?

Ad 1<sup>um</sup>. 1º Ne plus aequo differat exequias, easque persolvat in spiritu misericordiae et pietatis et juxta Rit. Rom. in quantum potest 226. 227, proin praesente corpore D. 80.

2º Caveat omnino ne exequiarum vel anniversarii occasione quidquam paciscatur, — item ne ea nimia pompa aut consueta ritus omissione suspicio avaritiae oriri possit 227.

3º Pauperum exequiae fiant gratis, decenti apparatu, et in cantu 227. D. 81. Item allaborandum ut confraternitates hac de re pro egenis augescant 227.

*Nota in U. p. 79.* non praescribitur ut Missa exequialis semper sit in cantu.

4º Ne jura aliena violet 227. D. 84. Hinc a) Ne faciat exequias pro alieno parochiano , nisi ex proprio ejusdem parochi testimonio ipsi constet de dignitate , et quod jure nil obstet D. 84. b). Si quis casu in aliena parochia decedat , exequiae fiant in propria parochia D. 85 , nisi in casibus exceptis vel de consensu parochi. c) Si quis alibi elegerit sepulturam , statuimus ut proprio ejus Parocco quarta pars relinquatur vel in sua ecclesia fuisse celebretur D. 85 , praesenti si fieri potest corpore 228 , quare concordiam servare studens nil plus exigat 228. Si defunctus habeat duo domicilia quarta pars dividatur D. 85. d) Quoad *advenas* : parochi proprii jus non extinguitur , sed si non urgeatur , plenum jus transit ad alium 228 , etiam in locis religiosis 228 , nisi aliter statutum efr. D. 90.

5º Duplex distinguitur ordo : adulorum et parvulorum. *Horum* Missa nullo gaudet privilegio D. 80.

*Adulorum*, sed nondum communicantium exequiae si celebrentur, prohibemus ne praeter ordinarium Missae cantatae stipendium ulla jura exigantur D. 80 , quam quae in exequiis parvolorum solvi consueverunt.

In *exequiis* adulorum permittuntur Missae de requiem a) praesente corpore ut D. 81. b) Corpore absente sed nondum sepulso ut D. 82. c) Corpore absente et sepulso , sed sine Missa exequiali *si prima die non impedito* celebretur ut *ibid.* d) Si ultima clausula ex c) absit , tamen in Dioecesi Busc. indultum ut sit sicut in b).

*Nota.* Ubique unica et cantata Missa intelligitur D. 83. Quoad anniversaria vide D. 83. 84.

Nota alterum indultum : ter in qualibet hebdomade

cantari potest Missa de Requiem in duplici D. 84.

*Nota 1º in U. p. 80* indultum non habetur, quod B. p. 82; sed p. 81 duo alia indulta: a) in exequiis pauperum, ex parte defuncti sine stipendio, permittitur Missa privata de Requiem in festis duplicibus, exceptis 1 et 2 classis, octavis privilegiatis, Dominicis et excludentibus duplicita.

b) Pro nuper defuncto permittitur, quamvis absens sit corpus nec eo die depositio fiat, celebrare etiam sine cantu una Missa de Requiem in duplicitibus, exceptis dupl. 1 et 2 cl., festis in populo et Dominicis, et in ecclesiis in quibus publice exponitur SS. Sacramentum.

2º *In U. p. 83.* Indultum 11 Maji 1862 idem est ac id dioecesis Busc. 24 Febr. 1859. B. p. 84.

6º Assiduam circa coemeterium vigilatiam exerceat: locus Episcopo approbante electus, sit benedictus — ab omni profano usu exemptus 228, quare nunquam in eo agantur nundinae, mercatus, lusus, ne ad pastum vel linteamina siccanda vel ligna servanda adhibeatur D. 86, viae publicae in eo prudenter supprimantur D. 87. — sit septus pariete, sepe vel fossa 229, — in medio crux — sacellum sit in eo — sacerdotum sepultra distincta — sit in eo ossuarium, in quo petita venia Episcopi reliquiae cadaverum ponendae 229, item locus separatus pro iis quibus neganda est sepultura sacra 229. (1)

7º Ne indignis concedat S. sepulturam: inter indignos recenseat notorie adscriptos societati ab Apostolica Sede prohibitae. In dubio semper recurrat ad Ordinarium, item si agatur de eo, qui non paschavit 231; sed Sy-

---

(1) Conceditur indulgentia tercentum dierum defunctis applicabilis, luceranda semel in die ab omnibus qui ante imaginem crucifixi in aliquo coemeterio benedicto Dioecesis Busc., jam existente, devote oraverint quinque *Pater* et *Ave*. — Communie. D. B. 1869.

nodus Dioec. dicit 86 si agatur de adulto neganda sepultura , semper si potest ad Nos recurratur.

Si quis vi sepeliat indignum , dissuadeat , sed actu non resistat , casum ad Nos deferat D. 86.

Antequam humentur vel effodian tur , volumus ut Parrocho constet legibus civilibus satisfactum D. 86.

Ad 2<sup>um</sup>. 1<sup>o</sup> Populum identidem edoceat de pietatis officiis erga defunctos 230.

2<sup>o</sup> Rite explicit communicationem Sanctorum cum illis 231.

3<sup>o</sup> Saepius per annum praeципue 2<sup>o</sup> Novembri excitentur fideles ad coemeterium visitandum scl. erit salubre defunctis et vivis 231.

#### IX. De Benedictionibus et exorcismis cap. IX.

##### I. De Benedictionibus dic :

1. Quis finis et scopus *divinae benedictionis*? R. *Finis* est creaturis suis maxime vero homini foecunditatem, prospexitatem etc. impertiri 231. *Scopus*: ut homo intelligeret id omne quod ipse est, ipsumque circumstat e *divinae benedictionis* virtute sibi obvenire 232.

2. Unde oriatur vis *sacerdotalis Benedictionis*? R. Non ex ritu externo , sed ex eo , quod Deus intuitu meritorum crucis precibus Ecclesiae rogatus creature bonum illud concedat, quod eidem Ecclesia apparetur 232. Ideo fit per signum crucis *ibid.*

3.. Quaenam populo proponenda? R. 1<sup>o</sup> Fideles earum naturam et potestatem intelligant, easque aestiment, petitis argumentis ex dignitate Ecclesiae et ab effectu.

2<sup>o</sup> Advocent in seipsas , suas familias et res omnes benedictiones divinas per benedictionem sacerdotum.

3<sup>o</sup> Venerentur personas ac res per benedictionem constitutivam divino cultui sacras.

4º Instruantur fideles quantopere conveniat sic ab usibus profanis segregari, quae ministerio sacro inserviunt.

4. Quaenam ipsi ministri observent? R. 1º Iis duntaxat formulis utantur, quas Rit. Rom., vel Pontificale vel Sedes Apost. approbat. 2º Praescriptis induiti sint vestibus, serventque liturgicas ordinationes. 3º Caveant ne eas adhibeant ad alienos fines vel dishonesti lucri fama commaculent 234. 4º Ne facultates suas excedant. (1)

II. De Exorcismis petitur: 1. Quid requiratur ut sacerdoti liceat uti exorcismo stricte dicto?

R. 1º Licentia Episcopi. 2º Praeparatio per orationem, jejunium, confessionem 235.

2. Quomodo fideles a superstitione avertet?

R. Sedula vigilantia eosque in afflictione docendo de Dei in homines benignitate et providentia 235.

## TITULUS VI.

### De pietate et charitate christiana.

I. Prov. cap. I. De morum sanctimonia promovenda in populo.

1. Quodnam hic generale Parochi officium?

2. A quibus speciatim vitiis fideles avertere et ad quas praecipue virtutes adducere debet?

3. Quodnam ad hoc medium?

Ad 1º. Populum a vitiis retrahere et in virtutes adducere 236.

---

(1) Facultates ante promulgationem Statutorum Syn. Dioec. in Congregatione Parochorum concessae, omnes expirarunt. — Communic. D. B. 1871.

Ad 2<sup>um</sup>. *A vitiis*: a) Blasphemiae 237: „non possumus contra eam vocem non attollere in hac Synodo.”

b) Saecularium desideriorum, qualia sunt effrenata rerum materialium ac voluptatum carnis libido, quae se manifestat in cupidine divitiarum, in luxu vestium et supellectilis, in studio eorum quae sensus delectant. Hinc injustitiae, ebrietates, impudicitiae.

c) Constante itaque inclamandum contra ebrietatem.

Haec vitia impugnant publice et privatim, et in confessionali 239.

Ad *virtutes*: a) charitatis: hinc longe sint jurgia, odia etc.

b) Patientiae in adversis 241.

c) Pietatis, quae nutritur constanti oratione. Hinc de ejus utilitate et necessitate saepe loquatur 241 Parochus et confessarius.

Ad 3<sup>ium</sup>. Religiosam juventutis educationem in familiis promovere 242. Hinc Pastores non cessent monere parentes de hoc officio mature eos instruendi 242, item media edoceant et vigilent in executionem, praecipue praeeant exemplo *ib.*

II. De festorum dierum sanctificatione. Prov. II. D. XXV.

1. Quos praecipue monent Patres concilii?

2. A quibus abstinendum?

3. Quid agendum?

4. Quibus mediis Parochi sanctificationem horum dierum et frequentationem officiorum promovebunt?

Ad 1<sup>um</sup>. Cum aevum nostrum festos dies spernit et non sine cordis amaritudine conspicimus id etiam nostras regiones invadere, fideles omnes monemus, praecipue patres familias, opificiorum directores et magistratus 254.<sup>45</sup>

Ad 2<sup>um</sup>. 1º Ab operibus servilibus 245. In necessitate venia ab Episcopo vel a Parocho, qui auctoritatem per eum acceperit, petenda est, ne quis sibi fucum faciat 246. D. 12.

2º A mercatura D. 87, imo merces ante fores vel in fenestris non exponant D. 87. His invigilant Parochi *ib.*

3º A peccatis: maximus est animi nostri dolor, cum videamus ebrietates et luxurias magis quam aliis diebus 246. Contra excessus istos inclament Parochi *ib.*

Ad 3<sup>ium</sup>. 1º Missam audire, et monet Ecclesia ut frequenter in sua parochia 246. — Parochi inculcent gravitatem hujus praecepti 247.

2º Alia opera pia *ib.*

3º Praedicatio audienda. Hinc abusui excurrendi Parochi obsistant *ib.*

4º Parochi est crebro monere ut in christianae doctrinae rudimentis et praeceptis vel percipiendis vel revolvendis assidue versentur — ad Sacraenta accendant — opera misericordiae praestent.

5º Officiis pomeridianis adsint aliqui, alii domi orent 248.

6º Permittitur relaxatio, sed prima sollicitudo sit de Deo colendo 246.

Ad 4<sup>um</sup>. 1º Congrua explicatio: „mandamus Parochis ut saepius explicit, quid festorum sanctificatio complectatur, quid praeceptum, consultum, a quo abstinentium D. 87. 11. Indeque colligant abusus suae Parochiae *ib.*

2º Inculcare gravitatem praecepti audiendi Missam 247.

3º Debita dignitate mysteria peragere et templum ornare.

4º Prolixitatem evitare 248. „Mandamus ideo (D. 88) ut Missa in cantu cum concione etc. regulariter non pro-

trahatur ultra  $1\frac{1}{2}$  horam; aliae cum instructione una hora. (1)

5º Officia celebrare horis populo commodis — sufficiens relinquere tempus inter Missas — hora statuta inchoare 248.

6º Detur tempus mane audiendi confessiones, et post sacram solemne minus sit otium tabernas visitandi D. 88.

7º Argumenta in promptu habere, ut ostendas congruitatem D. 88, scl. animae et corpori prodesse 248.

*Nota in U.* Additur huic capiti: 1º Festa anteriora quibus populus obligabatur audire Missam abrogata esse. — 2º Quoad alia festa nulla mutatio; nihilominus pro uniformitate statuimus ut 5 festa B. M. (Purif., Ann., Ass., Nat., Conc.) et festum Patroni Parochiae vel Ecclesiae quotannis solemniter in Ecclesia celebrentur cum iisdem solemnitatibus ac consuetudo est in festo Assumptionis. Exceptio si festum Annunc. transferatur sine feriatione. — 3º Praecipimus ut dies festus S. Willibrordi quotannis tanquam unus e celeberrimis cum Missa solemnzi in cantu, expositione S. Sacram., concione et Laudibus vel Vesperis celebretur. Inde nulla nova populi obligatio, nec licentia binandi. U. 89. — 4º In festo S. Willibrordi et per Octavam indulgentia etiam pro defunctis consuetis conditionibus concessa *ib.*

III. De Jejunii et abstinentiae praecepto, quid actum fuit in Synodo Prov. III.?

R. 1º De ejus utilitate: mortificatio — mentis elevatio — satisfactio — impetratio — meritum 249.

---

(1) Missa sine cantu non ultra dimidiā horam, et in diebus Dominicis dum infra eam instructio habetur, non ultra horam, et in cantu cum concione non ultra horam et dimidiā *ordinarie* protrahatur; — Communic. D. B. 1869.

2º De populo inculcandis: a) Tridentinum praecipit Pastoribus curare, ut fideles observent leges Ecclesiae 250.  
— b) Hinc ait Syn.: „Parochos, concionatores, confessarios enixe obtestamur, ut fidelibus saepius commendent jejunii necessitatem et utilitatem, item quantum sit crimen hujus legis transgressio 250. — c) Imo ipsi Synodi Patres ingemiscentes tot reperiri hodie transgressores, singulos paterne monent, ut jejunia observent ad meritum et etiam in fidei manifestationem 250. — d) Curatores denuncient ea 250. D. 11. Item interdum explicent fines (boni ministri) jejunii Quatuor Temp. 251. — e) Parochi explicent in quo consistat jejunium (unica comestio, abstinentia a cibis veticis) 251. — f) Monendi fideles ut etiam a culpa jejunent 253.

3º De dispensatione: a) Judicium de causa et ipsum indultum pertinet ad Episcopum 251.

Quare Parochi vigilent ne facilius petatur, neve medici, cuius consilium praerequiri debet, plus aequo faciles sint in attestacionibus dandis, item moneant Medicos ut sanitati corporis prospicientes potiorem habeant animarum salutem 251.

b) Partialiter dispensati docendi sunt ne existiment dispensationem totalem esse 251.

c) Omnes dispensati caveant scandalum, et memores sint debitum ipsis incumbere, ut aliis operibus bonis abundantius vacent 252. (v. g. erogare pauperibus).

4º De abstinentia a carnibus feriis sextis et sabbato: Hanc Parochi fovebunt. Dum vero dolemus, aiunt, non deesse negligentes, gaudemus plures sabbato et in vigiliis B. M. jejunare *ib.* — Hunc morem Parochi commendent, item Episcopi speciales favores a S. Sede obtineant pro observantibus 252.

IV. De Missionibus et sacris Exercitiis pro populo  
Prov. IV.

1. Quaenam impellunt Parochos ad missiones habendas?

R. 1º Earum utilitas: ad vitia corrigenda — vacillantes statuere — peccatores erigere — item errantes in fide — tollere scandala, odia, abusus 253 — divinae benedictiones.

2º Quod S. Pontifices plus semel Episcopos monitis excitarint ad eas 254.

3º Item quod eas maxime commendent Episcopi, sese paratas *ad concessionem* profiteantur, et maxime, quod conscientiam onerent Parochorum *ib.*, si videant consueta media non sufficere.

4º Quod Episcopi sibi reservent auctoritatem supplendi in hoc negligentiam Pastorum.

5º Laudes Missionariorum *ib.*

*Nota.* In Registro sunt annotandae. D. 111.

2. Quid de exercitiis laicorum statuitur?

R. 1º Percupimus haec promoveri 255.

2º Rogamus superiores maxime Regularium ut facile exercitantes admittant sub perito duce *ib.*

Cfr. 261 singulo anno in hospitiis; 148 ante 1<sup>am</sup> Com.

V. De laicorum sodalitatibus piis Prov. V.

1. *Origo:* Ecclesia ab antiquissimis temporibus fovit, Episcopi commendarunt, R. Pontifices privilegiis et indulgentiis ditarunt et sanctionibus.

2. *Regulae* circa eas observandae: 1º In singulis locis una duntaxat. — 2º Non nisi Ordinarii licentia erigatur.

— 3º Ejus statuta ab Eo examinentur et approbentur.

— 4º Omnes spirituales gratiae et facultates ab Eo recognoscantur. — 5º Eleemosynae et oblata vel in bonum Ecclesiae vel alios usus arbitrio Ordinarii eroganda

257. — 6º Ordinarii jus est praeesse conventibus sodalium, ubi agitur de administratione — confraternitates etiam in exemptorum ecclesiis erectas visitare quoad administrationem. — 7º Trid. statuit teneri officiales singulis annis de administratione bonorum rationem reddere Episcopo.

3. *Parochi officia et jus*: 1º Forum regimini subjicimus sodalitates in ipsorum ecclesiis erectas. — 2º Supradictas dispositiones sedulo exequantur, praecipue ut statuta serventur, ipsi praeant, sodales sint diligentes et religiosi, festa congrua solemnitate celebrentur, absentia aemulatio 258. — 3º Invitantur Parochi ut erigant confraternitates B. M. et sanctae Familiae 258 etc.; tunc specialis divinae benedictionis praemio se dignos reddent 259. — 4º Sit societas ad invicem *iib.* — 5º Bullae in Registro memoriali describendae D. 110, et in Archivo servandae D. 111.

Cfr. 144 Erigenda SS. Sacramenti, 227 pro inhumandis pauperibus.

#### VI. De institutis charitatis Prov. VI.

1. Ecclesia semper specialem curam gerit de paupe-ribus et miserabilibus personis. Patet ex erectis aedibus pro egenis, orphanis, aegrotis etc. 259.

2. In nostris regionibus olim floruerunt, et hodie restaurantur 260.

3. Officia Parochorum et Rectorum: 1º Parochis nominatim committimus, ut si possint, erigant hospitia. Et quidem utriusque sexui proprium vel partibus distinctum 260. — 2º Bona temporalia Rectores religiosa cura et parsimonia administrent 261. — Aedes sint mundae — de necessariis incolae provideantur. Orphani instruantur etiam in honestis artibus. — 3º Praecipue auxilia spiritualia iis praestentur: frequens sit instructio Catechetica

— Sacraenta saepe frequentent — exercitia spiritualia singulo anno commendantur — per annum confessorius extraordinarius detur — saepe visitentur aegroti 261.

VII. De collectis ad pias causas Prov. VII.

1. Allegetur earum finis — usus — congruentia.

R. *Finis*: egeni sublevatio — Dei gloria — cultus decus 262.

*Usus*: Ecclesia media temporalia ad suam missionem exercendam necessaria semper obtinuit. Fideles saepe necessitatem praeveniunt; alias Ecclesia eam pandit *ib.*

*Congruentia*: patet ex fine supra, item quia tot beneficia recipimus ab Ecclesia, et datum in membrorum utilitatem refunditur. Laudamus fideles et hortamur ut pergent.

2. Quae collectae praecipue commendantur et quibus motivis?

R. Primo loco illas commendamus collectas, quae per annum fiunt pro egenis et pro institutis charitatis. *Motiva*: inopia fratrum — divites praesertim meminerint divitias dari, ut ex superfluis succurrant inopibus — pauperes sunt caeli janitores. 263.

2º Collecta pro seminariis. *Motiva*: institutio clericorum, unde bonum religionis 264.

3º Pro propagatione fidei, per quam tot ab aeterna morte eripiuntur.

4º Pro S. Infantia, qua Sinensibus Baptismus et educatione.

5º Pro terra Sancta: ut servetur a profanatione 265.

6º Pro Pontifice (Denarium S. Petri), ob spoliacionem *ib.*

3. Quaenam statuuntur ut licite fiant et administrentur?

R. 1º Nulla fiant absque Ordinarii licentia in scriptis

(non agitur de mendicantibus). Ideo statuimus et jubemus, et Parochis mandamus ut severe invigilent 266, ne circumneant quaestores; item ne quaestuationes fiant a sodalitatibus sine licentia Episcopi.

2º Proximo praecedente dominico die nuncientur et fideles de dignitate operis instruendi 266.

3º Parochi vigilantem operam adhibeant, ut bona ad succurrendum *egenis* oblata diligenter administrent, ne quaeradum praebeant, quibus nil impendendum; ne nulla, quibus quaeradum; ne multa quibus pauca; ne pauca quibus multa; ne citius nec tardius 263. 264.

4º Susceptae oblationes statuto tempore ad Decanum vel Episcopum mittantur 267. Interim in Archivo custodiantur D. 111.

Cfr. D. 78. Collectae occasione venerationis Reliquiarum prohibentur.

## TITULUS VII.

### De Regularibus.

#### I. De Perfectione Religiosa Prov. I.

1. Quomodo Ecclesia et Synodus Ordines regulares considerat?

2. Ad quid Synodus regulares eorumque superiores hortatur?

3. Quinam eos odio habent et quomodo redarguendi?

Ad 1<sup>um</sup>. Ecclesia eos considerat ut maxime salutares tum christianaे tum civili reipublicae p. 268; Synodus commemorat eos nostris præsertim regionibus de Catholica Ecclesia perquam optime meritos fuisse *ib.*

Ad 2<sup>um</sup>. *Regulares*: 1<sup>o</sup> Ut studeant perfectioni. — 2<sup>o</sup> Alte defixa habeant verba Domini: nemo mittens manum suam ad aratrum et respiciens retro aptus est regno Dei. — 3<sup>o</sup> Divini Magistri exempla perpetuo ante oculos habeant. 269.

*Superiores*: ut votorum observationi invigilent, hinc vitam communem foveant, castitatem contra pericula muniant, obedientia sit perfecta 270.

Ad 3<sup>ium</sup>. Qui aliud nihil propositum habent nisi scopum comparandi cumulandique opes, qui unice sequuntur indomitam animi cupiditatem inserviendi propriis voluptatibus et commodis.

Redarguendi bonis operibus et patefaciendo fructus quos per eos S. Spiritus producit in bonum Ecclesiae et reipublicae, scl. moderna societas indiget eorum auxilio — indiget eorum orationibus ad divina flagella avertenda — indiget eorum exemplis scl. obedientia eorum contra resistantiam legitimae potestati, castitate contra saeculi immundiciem, paupertate contra effraenam divitiarum cupiditatem. 271.

Nota monitum Pii IX. 271.

II. De regularium regimine et disciplina. Prov. II.  
D. XXVI.

Recense hic observanda.

R. 1<sup>o</sup> Circa visitationes: a) confidit Synodus ut exempla monasteria superiores sui visitent 272. — b) Monasteria virorum, quae non subsunt generalibus capitulis, visitabit Episcopus singulo triennio 273.

Item monasteria sanctimonialium S. Sedi immediate subjecta 273.

c) Monasteria sanctimonialium, quae a deputatis in

capitulis generalibus vel ab aliis regularibus reguntur, ab iis visitentur.

2º Quoad disciplinae observantiam: Episcopi quoad sibi subjecta monasteria, superiores regulares in exceptis current ut constitutiones serventur — nil immutetur — deflexa reparentur 273.

Studium vigeat, — Episcopi regulariter examina habebunt pro admissione ad ordines etc.

3º Circa Novitios: a) Ante admissionem ad habitum requiruntur litterae testimoniales ab Episcopo 274. Cum Parochus eas petit in libello supplici referat de natalibus etc., quae in Decreto. D. 89. — b) Novitiatu exacto ante solemnia vota simplicia per triennium praemittantur 274. — c) Novitii probentur juxta Constit. Clementis VIII „Cum ad Regularem.” — Severius potius agant 275. — d) Diligentissime probentur virgines. Ante professionem Ordinarius certior fiat 275. Severe prohibentur convivia exterorum D. 90.

4º Circa clausuram: haec lex Episcoporum curae demandatur — ab iis, quae clausurae lege non tenentur, pericula amoveant et praecaveant 275.

5º Circa gubernationem personarum et administracionem bonorum: ea est penes superiorissas. Rectorès iis consilio esse possunt et auxilio, caveant vero ne se imisceant iis quae pertinent ad superiorissam, obedientiam et fiduciam ei debitam minuentes 276. Directores sint moribus graves, sermo eorum parcus et serius, familiaritatem vel praedilectionis speciem vitent — nil innovent — superiorissae auctoritatem foveant, nil religiosis concedant, quod ab ipsa petendum — querelas aegre patiantur D. 93.

6º Circa jura et facultates Regularium: a) superiores exemptorum possunt suis subditis Sacra menta administrare, eorumque exequias celebrare. Item Novitiorum et familiarium D. 89. — b) Easdem facultates quoad Sacra menta concedimus superioribus non exemptorum, item a nobis nominatis directoribus D. 89. Item jus funerandi quoad religiosos et Novitios salvo jure Parochorum,— quod eodem modo conceditur in coemeteriis seminario rum D. 90. — Regulares possunt omnibus SS. Euchari stiam administrare, excepto die Paschatis.

Approbati quovis die confessiones excipere; si infirmi confessionem exceperunt, certior redditur Parochus. *ib.* Omnes possunt ibi verbum Dei audire et praecerto audiendi Missam satisfacere. D. 90.

7º Circa confessarios: a) sit ab Episcopo specialiter approbatus 276. Parochus vi suae jurisdictionis in earum directionem sese ingerere nequit 277. Claustralium confessiones aliter invalidae, caeterarum saltem illicitae D. 91. — b) Claustralibus ter vel quater in anno concedatur extraordinarius, idem servandum pro sororibus 276. Episcopi et praepositi ne sint difficiles ad saepius concedendum 277, idque in infirmitate vel alio tempore, dummodo pro monialibus in genere sit approbatus. Pro sororibus requiritur simpliciter approbatus D. 92. Confessarii extraordinarii non se saepius praesentent nisi legitime rogati D. 91.

Superiores regulares Monialibus sibi subjectis extraordinarium offerant ab Episcopo approbatum ad hoc; — saltem semel in anno aut saecularem vel ex alio ordine religiosum D. 92.

Ordinarius Conf. ne ponat impedimentum nec eo tempore confessiones audiat.

c) Puellis, quae in monasterio, in exercitiis et saltem bis in anno concedatur extraordinarius D. 92.

d) Confessariis districte prohibemus ne sese conventus negotiis immisceant, neque officio expleto moram trahant D. 92. 93.

e) Confessariis extraordinariis assimulantur missi ad exercitia tradenda D. 91.

*Nota* 1º Decreta haec etiam ad alios spectant D. 94.

*Nota* 2º Directores item confessarii sint viri pii et docti, qui calleant regulas et Ascesin, conservent spiritum vitae perfectionis D. 94.

*Nota* 3º Omnes Religiosi observent disciplinam, nutriant proprii ordinis spiritum, fugiant strepitus etc. 277.

*Nota* 4º In monasteriis religiosarum sit vita communis D. 91.

III. De Regularibus parochiali animarum cura additatis. Prov. III.

1. Quid inculcatur Superioribus?

2. Quid Parochis Regularibus?

3. Quid utrique clero?

Ad 1<sup>um</sup>. Ne praesentent approbандos nisi idonei sint 278.

Ad 2<sup>um</sup>. 1º Noverint se subjectos Episcopo in iis quae ad curam animarum spectant; et proin quoad hoc iisdem ac reliqui legibus subjecti sunt.

2º Quae pertinent ad regularem observantiam subjecti sunt eorum Praelatis.

3º Illud urgendum haec Synodus dicit ne tales regulares praetereat unquam sese in quantum possibile ad universae regulae observationem ligatos esse 279.

Ad 3<sup>ium</sup>. De mutua consensione et fraterna charitate sint solliciti 279. Alter alteri levamen conferat in Dei gloriam et animarum salutem.

IV. De novis institutis novarumque Domorum erekctione Prov. IV.

*Contentum hujus capituli:* Nulla nova communitas instituatur, nulla domus vel schola Congregationis religiosae erigatur sine auctoritate saltem Episcopi 281.

**TITULUS VIII.**

**De vita et honestate clericorum.**

I. Prov. cap. I. D. XXVII. De vitae sanctimonia clericis prosequenda, dic:

1. Unde Synodus deducit necessitatem hujus sanctimoniae?

2. Quodnam ad eam medium generale?

3. Quaenam specialia?

Ad 1<sup>um</sup>. 1<sup>o</sup> Ex dignitate status sacerdotalis 282.

2<sup>o</sup> Ex sequelis: exemplum trahit ad virtutem vel vitia 283. Nemo in Ecclesia magis nocet quam malus sacerdos.

3<sup>o</sup> Ex Tridentino *ib.*

Ad 2<sup>um</sup>. Praescriptas a Synodis Prov. et Dioec. ordinationes ex animo adimplere.

Dicitur *ex animo* i. e. ex virtute obedientiae, ita ut superioris intentionem non discutiat, nec decreta eorum discernat, plene se superiorum sapientiae submittat, et in omni difficultate superiori patefacta ejus judicio acquiescat.

Ad 3<sup>um</sup>. 1<sup>um</sup>. Frequens Confessio: optat Synodus ut singula hebdomade vel saltem bis in mense 284.

2<sup>um</sup>. Meditatio: alias exemplar nostrum sequi non va-

lemus, nec alios docere methodum, nec ad perfectionem pertingere 285. — Non eam omittant mane.

3<sup>um</sup>. Oratio assidua: peccatorum causas doloresque populi suscipit etc.

4<sup>um</sup>. Pia lectio: S. Scripturae — librorum spirituallium — vitarum sanctorum.

5<sup>um</sup>. Fuga otii et sacra studia: nunquam sibi ea prae-terminnenda esse persuasum habeat 286.

6<sup>um</sup>. Quotidianum examen conscientiae.

7<sup>um</sup>. Regularis vitae norma, ad quam quotidianas suas actiones exigat 286.

8<sup>um</sup>. Frequens visitatio SS. Sacramenti D. 95.

9<sup>um</sup>. Singularis devotio erga Mariam: hinc singula die Rosarium 5 Decadum in ejus honorem D. 95.

*Nota.* 1<sup>o</sup> Monitum Pii IX: „Neminem latet quanto-pere Ecclesiae hisce praesertim temporibus intersit idoneos habere ministros, qui vitae sanctitate praestantes etc.” 287.

*Nota.* 2<sup>o</sup> Mandata Ordinarii praecipue de vita et honestate sacerdotali laicis ne revelentur D. 95.

II. De sacrificio Missae et Horis Canonicas. Prov. II.

1. Indica duo alia media ad sanctimoniam?

2. Quid praescribitur de sacrificio Missae?

3. Quid de divino officio?

Ad 1<sup>um</sup>. 1<sup>um</sup>. Devota celebratio Missae: Sanctitas enim est hujus requisitum et effectus 288.

2<sup>um</sup>. Breviarium. — Experientia constat sacerdotem, qui haec duo rite peragit, in sanctitate proficere, secus, qui secus. 288.

Ad 2<sup>um</sup>. R. 1<sup>o</sup> Ut devote celebrent. — 2<sup>o</sup> Ut sin-gula die. — 3<sup>o</sup> Debitum tempus ei impendant: tertiam ad minus horae partem, sed ne ultra  $\frac{1}{2}$  horam 289.

— 4º Sese praeparent, propositas ab Ecclesia preces devotissime recitent. Item gratias agant.

Ad 3<sup>ium</sup>. 1º Ante orationem praepara animam tuam.  
— 2º Memores officii dignitatis: nomine Ecclesiae, — deprecatores pro populo, — choris Angelicis associati.  
— 3º Congruo tempore et loco. — 4º Externe reverenter, — cum mentis elevatione. Hinc si oret Psalmus orate etc.

Motiva ad haec: si bene celebretis et officium recitatis, orandi legi satisfecistis: preces hae Deum habent auctorem, sunt pabulum spiritui — a terrenis nos solvunt 291.

### III. De exercitiis spiritualibus Prov. III.

Quid de eis decernitur?

R. 1º Inculcantur ut saluberrima 291.

2º Antistites singulis annis sacerdotes ad ea convocandos providebunt.

3º Qui sacro ministerio funguntur, alternis saltem annis ad ea convenire debere, nisi impediti.

4º Qui veniam obtinuere a consuetis, non omittant per aliquot dies iisdem incumbere sive privatim sive in pia domo. Idem commendamus sacerdotibus anno intermedio 292.

Cfr. 175. D. 54 pro promovendis ad ordines. — Pro seminarii alumnis 310. In hospitiis 261. Ante 1<sup>am</sup> Comm. 148. Pro laicis 255.

### IV. De honesta clericorum conversatione P. IV. D. XXVIII.

Indica breviter quae hic inculcantur et prohibentur.

R. 1º Ut caeteris morum honestate praeluceant D: 96, evitantes etiam quae mali speciem habent, scandalum dant fidelibus, abstractentia ab officio, vel sacerdote

indigna 293, et canones hac de re observantes 294.  
Eorum vita est liber laicorum. (1)

2º Circa castitatem: a) absit id omne, ex quo levissima suspicio vel obloquii occasio. — b) Fugiant mulierum conversationem et familiaritatem — inutilem cum iis conversationem — in necessaria conversatione sit sermo brevis et rigidus 294. — c) Curam habeant de bono nomine, tum suo tum domesticorum D. 96. Hinc prohibeant famulantibus ingressum tabernarum, conventicula juvenum etc. D. 96. — d) vehementer dehortamur ne quis solus cum sola cohabitetur, aut testamentum in favorem ancillae conscribat, alio modo officia diurna compenset D. 96.

Cohabitatio cum foeminis prohibetur nisi in proximiori gradu consanguineae sint. Ancillae sint saltem triginta annorum, moribus graves, non luxui servientes, non garrulae etc. Caveat sacerdos ne dominatrices sint aut administrationi Parochiae se intermisceant. Familiare consortium cum ea evitet, quare interdicimus ne sit socia mensae, itineris, deambulationis, vel convivii sacerdotis 296. Nil agat ancilla, quod domum sacerdotalem dedecret.

Dicta de ancillis valeant pro quibuscumque foeminis, quae apud sacerdotes inhabitant, exceptis sorore, matre, amita, necnon puellis infra 16 annos 296.

3º Circa temperantiam et epulas: a) mensa frugalis — ne frequentent laicorum convivia nisi parce 206. — b) Caveant ne in visitando Parochianos semper et ubique ad edendum aut bibendum parati sint D. 97. — c) Plu-

---

(1) Prohibemus usum tabaci fumiferi in stationibus viarum ferrearum et in plateis civitatis, oppidorum, pagorumque (Motivum: cum indecorum sit in viis locisque publicis populo frequentatis). Statutum in conventu Syn. 1868. Cfr. Communie. D. B. 1869.

rimum hortamus ut a nuptialibus conviviis et a coena apud laicos abstineant 296. — d) Nulla lauta convivia.

— e) Ab usu vini adusti aut simili juniores praesertim sacerdotes abstinendum sibi ducant 296.

4º Circa tabernarum ingressum: de se prohibetur 297.

5º A fastu alienissimi sint *ib.*: clamant nudi etc.

6º Circa habendi cupidinem: sint patres pauperum — fugiant avaritiam 298. Prohibemus serio ob quaestum praedia etc. conducere, item si timenda sint obloquia haereditatem ex testamento vel legato recipere sine nostra licentia D. 97. Dehortamus ne Parochi in sua Parochia praedia etc. acquirant D. 97.

7º Prohibetur negotiatio etiam per alium — negotiorum gestio D. 97. — executio testamenti D. 97. — munus publicum 298 — pro aliis fide jubere — testimonium coram saeculari judice sine licentia nostra, nec sine ea licet saecularem auctoritatem adire — in politici versari 299. — Prohibemus pariter negotiis communitatis civilis sese directe vel indirecte immiscere sine licentia, item supplicem libellum potestati civili exhibere, sine licentia nostra et ad nos missa apographo D. 98. — Prohibetur ars medendi 299.

8º Prohibentur ipsis theatrorum spectacula — choreae — saltationes — aleae 299. Prohibemus ludos qui a fortuna pendent, ut lotaria D. 98. — Lusum licitum ne nimium protrahant, nec ad medium noctem 299, in lusu honesto praesentibus laicis, caveant a loquendi et reprehendendi licentia D. 99.

Prohibetur venatio, non aucupium 299.

9º Nimia consuetudo cum laicis vitanda 299 — sint urbani — vigilant sermonibus — diligent alterutrum,

vitantes detractionem 300 et zelotypiam D. 99. Caritas magnanima est.

10º Sint Episcopo obedientes 301.

V. De habitu Ecclesiastico : Prov. V. D. XXIX.

1. Qualis debet esse juxta mentem Ecclesiae?

2. Qualis in Synodo et statutis praescribitur?

Ad 1<sup>um</sup>. Talis ut per decentiam habitus extrinseci morum honestatem intrinsecam ostendant 301. 302, et ut sit ab omni servitute habitus saecularis alienus.

Ad 2<sup>um</sup>. 1º Vehementer optamus vestem talarem nigri coloris deferri; sed cum id non possit commode, relinquitur Episcopo: in universa Provincia districte praecipitur talaris vestis in Missa, in administratione Sacramentorum in ecclesia, aut operatione sacramentalium sive in ecclesia sive extra, ubi nil obstat 302. cfr 197.

2º Extra functiones ecclesiasticas nunquam alias a praescripto habitu licet scl. vestis ad medias saltem tibias pertingens, nigri vel subobscuri coloris, cum collari, exclusis femoralibus longioribus 303. Insuper in Dioecesi nostra pileus triangularis — in parte superiori collaris linum appareat D. 101.

3º In Dioecesi nostra praecipitur: in civitatibus et opidis toga cum cingulo et palliolo dum domum exeunt, tempore hiemis loco pallioli pallium densius permittitur nigri coloris vel subnigri D. 100. Extra residentiam permittitur subtanella.

In Parochiis ruralibus diebus Dominicis et festis in propria ecclesia toga cum cingulo; extra ecclesiam subtanella permissa, sed commendatur ut in civitatibus D. 100.

Vetita est de se toga cum cauda D. 101.

4º Tonsura — capillatura simplex — coma adscitia non sine dispensatione 303.

5º Nunquam licet in Ecclesiastico habitu vel tonsura non incedere sine venia Episcopi. In itinere desideramus et exquirimus prorsus retineri eccl. habitum saltem breviorem vel saltem non ita mutentur vestes, ut non possit illico ut clericus agnosci 303.

6º Evitetur luxus — servetur mundities vestium 303.

*Nota in U. p. 100. 101. Contentum:* 1º Decernimus ut sacerdotes diebus dominicus et festis toga talari cum cingulo in propria ecclesia utantur, extra ecclesiam subtanella licita juxta Syn. Prov. — 2º Commendamus ut per se omnes sacris Ordinibus initiati domo exeuntes in publicum togam gerant talarem cum cingulo et pallio vel tempore hiemis cum pallio densiori nigri vel subobscuri coloris. — 3º In parte superiori collaris parvum linteam appareat. — 4º Usus solideo per se permititur. — 5º Prohibetur de se toga cum cauda Praelatorum.

## TITULUS IX.

### De institutione ecclesiastica deque scholis.

I. De necessaria sacerdotibus scientia Prov. I.

1. Qua ratione scientia dicitur sacerdotibus necessaria?

2. Quibus scientiis incumbendum?

3. A quibus abstinentum?

Ad 1<sup>um</sup>. 1º Quia sacerdos siqut est lux mundi operibus, ita sal terrae doctrina sua 305.

2º Est divinarum veritatum custos, interpres legis, dux hominibus.

3º Quia multi hodie falsi nominis scientiae student.

Ad 2<sup>um</sup>. 1º Scientiis sacris: S. Scripturae cum s. Pa-

tribus, — Theologiae, — Liturgiae, — Historiae Ecclesiasticae.

Caveant ne tantae obligationis hujus studiis vocandi obliiti animabus fiant in ruinam 306.

2º Etiam utilibus profanis, nostra praecipue aetate.

3º Qui peculiaribus ingenii dotibus praediti sunt, etiam scriptis edendis studeant; hinc laudem merebuntur eximiam; ad hoc etiam monet Pius ad refellendos pravos libros 307.

*Nota:* orationem studio jungant 308.

Ad 3<sup>um</sup>. Ab iis, qui bene agendi studium, morum disciplinam, timorem Dei charitatemve laedere vel minuere possunt 307.

II. De institutione clericorum in Seminariis. Prov. II.

1. Unde Tridentinum deducit utilitatem Seminiorum? R. 1º Quia adolescentes proni sunt ad voluptates sequendas. — 2º Nisi a teneris ad pietatem formentur, non perseverabunt in disciplina 309.

2. Quid Synodus decernit generatim?

R. Volumus ac districte postulamus ut decreta Concilii Trid. et Rom. Pontificum observentur 309.

3. Quid speciatim pro puerorum Seminariis?

R. 1º De admissione: duodecim annorum — legitti-mi — bonae indolis.

2º De studiis: grammaticem, aliasque bonas artes do-ceantur.

3º De disciplina: singulis diebus Missae intersint, — singulis mensibus confiteantur, et communicent — sin-gulo anno exercitia.

4º De moderatoribus: a) fiant certiores de alumno-rum indole, moribus, vocatione, amoventes pertinacis et arrogantis indolis. — b) Fingant eos ad sanctimoniam

et spiritum ecclesiasticum. — c) Praeservent eos a lectione prava, et a conversatione, qua inquinandi 310.

4. Quid speciatim pro altiori Seminario?

R. 1º Generatim eadem commendantur 310. (1)

2º Praeterea ut efforment industrios operarios: hinc praeeant moderatores exemplo.

3º Vigilent ut de sacerdotii candidatorum dotibus ac progressu Episcopo rationem reddere queant.

4º Imbuant eos solida sacerdotali virtute: hinc sermo ad illos identidem, non tam concionando quam instruendo habeatur scl. de requisitis dotibus et virtutibus, de signis vocationis, de ratione vitae ad quam obligantur.

5º Frequenter confiteantur et communicent 311, — singulis annis exercitia etc.

6º Instruant eos in coeremoniis — qua modestia et sanctitate versari tempore feriarum, quae tum pericula cavere, quibus exercitiis pietatis quotidie incumbere — catholica ratione doceant Theologiam, S. Scripturam, canones, historiam Eccl., Liturgiam. Item imprimant amorem erga S. Pontificem.

7º Libri classici approbati sint ab Ordinario 313.— praelectiones lingua latina, exceptis de eloquentia sacra et de catechismo — disputationes in forma habeantur — duratio sit 4 annorum, hinc cedant necessariis utilia. Potiores ingenio profundius erudiendi.

5. Quid de alumnis?

R. 1º Respiciant finem, quare recepti 314.

2º Variis virtutibus studeant religioni, pudicitiae etc.

3º Moderatores omnes reverentia prosequantur 314.

---

(1) Seminarium majus ingredi cupientes saltem ab initio Rethorici in minori degerint oportet. Cfr. Communic. D. B. 1872.

4º Seminarii leges observent.

Cfr. D. 4. Tradenda decreta Concilii. Item D. 8 Parochus referat Episcopo si in fériis minus rectum.

III. De Conferentiis a Clero habendis Prov. III. D. XXX.

1. Quo fine commendat eas Pius IX?

2. Quid Synodus praescibit Episcopis?

3. Quinam interesse iis tenentur et quando?

4. Quomodo constituendae et habendae?

5. Quae munia secretarii et Decanorum circa eas?

R. Ad 1<sup>um</sup>. Ne in sacerdotibus studium sacrum unquam restinguatur aut languescat industria 315.

Ad 2<sup>um</sup>. 1º Consulent ut in omnibus Dioecesum suarum districtibus instituantur, ad quas convenire teneantur clerici omnes sacro ministerio perfungentes in Parochiis.

2º Ut iisdem uniformibus statutis norma praefigatur.

3º Ut horum executioni Decani invigilent 316.

Ad 3<sup>um</sup>. Ad praescriptum Synodi statuta nostra sequentes regulas omnibus conferentiis praescribunt D. 101.

*Quando?* Singulis mensibus exceptis Aprili et Septembri. Ob viarum difficultates expetere licet ab Ordinario ut aliquando hieme intermittentur D. 102.

*Quinam . . . ?* 1º Interesse tenentur clerici qui sacro ministerio perfunguntur in Parochiis.

2º Quilibet sacerdos curam animarum exercens convenire poterit.

3º Ubi residentiae lex obsit ne simul . . . , alternativi adsint.

4º Impeditus Praesidi significet absentiae causam D. 102; habitualiter impeditus licentiam ad Ordinario petat. Qui annum excesserit 65<sup>um</sup> excusatus est D. 102.

Ad 6<sup>um</sup>. *Constituendae*: Earum distributio et locus

consulto Decano relinquitur Parochis — sint ad minus octo , ad summum sedecim sacerdotes — de jure praesidet Decanus , alias eligatur Praeses — eligatur vice-Praeses et secretarius. D. 102.

*Habendae:* Per duas horas — visitatio Sanctissimi — Veni Creator etc. — meditatio  $\frac{1}{4}$  horae aut pia lectio — lectio per Secretarium Actorum — quaestiones (a Praeside ante proponendae) numero tres scl. de S. Scriptura ; de dogmate aut Jure Canonico vel S. Liturgia ; de Theol. morali.

Ad quaestiones respondeant totidem per Praesidem in ipso conventu designati socii — tum disquisitio (cautetur libido rixandi et ostentatio) fiat — Praeses resumat.

Postea per horae quadrantem lectio ex Synodo Prov. vel Dioec. — dein oratio „Sub tuum praesidium” D. 104.

Indicatur congregatio futura — si oriatur impedimentum , Praeses tempestive alium diem designet.

Ad 5<sup>um</sup>. *Secretarii:* notare diem — nomina absentium et causam — materiam — respondentes et solutiones nomine suo signare. (1)

*Decanorum:* 1<sup>o</sup> Invigilare executioni horum.

2<sup>o</sup> Occasione visitationis examinare Registrum Conferentiarum — inventa ad Ordinarium transmittere — absentesque et causas D. 105.

*Nota.* Regulis dictis aliae disparatae addi possunt.

IV. De examinibus in sacro ministerio: Prov. IV.

*Decernitur:* 1<sup>o</sup> A vicariis et assistentibus semel in

---

(1) Singula conferentia , ante finem mensis in quo habebitur , ad Nos transmittit apographum Notarum et responsorum ad quaestiones in ultima anterioris mensis Conferentia propositas , sicut inserta sunt in Registro Conferentiae . Apographa a Praeside et Secretario subsignanda sunt. — Communic. D. B. 1872.

anno subeundum. Jus est Ordinario saepius vocandi, item Parochos 316. Eximere aliquos potest 317.

2º Fiat scripto aut viva voce coram Examinatoribus.

3º Jurisdictio currit de concursu ad concursum; pro iis qui interfuerunt regulariter pergit; qui sine venia non interfuerent exspirat post mensem.

4º Inepti et absentes alia die examen subibunt.

5º Materia denunciabitur.

6º Omnes congregentur sub Directoris ab Episcopo deputati vigilantia. Tempus determinetur 317 — responsiones quisque tradet Directori.

7º De responsis severe judicet Episcopus.

Cfr. 273. Examen Regularium ante Ordines etc.

V. De scholis elementaribus. Prov. V; De scholis superioribus. Prov. VI. D. XXXI.

I. De *elementaribus* petitur:

1. Qua ratione Ecclesia summa cura prosequitur puerorum scholas? R. Quia constituta est a Deo ut homines edoceat fidem, eam custodiat, et homines, consortia actionesque juxta revelatae fidei normam dirigat. Quae officia maxime exercet instituendo juventutem a teneris 318.

2. Qualem institutionem in scholis puerorum postulat Ecclesia? R. Quae conjuncta est cum religiosa eique primas cedit partes 319.

3. Quare hodie praecipue haec cura ministris incumbit?

R. Ob conamina impiorum homines a supernorum consideratione abducendi terrenisque involvendi, item ob conamina educationem et institutionem juventutis Ecclesiae eripiendi 319. D. 105.

4. Quaenam hic Parochi munera?

R. 1º Ex proprii officii conditione debent puerorum

scholis quam solertissime invigilare 320, praesertim hodie D. 106.

2º Ubi *publicae* scholae frequentandae sunt, non tantum invigilent ne parvuli animae detrimentum patiantur, sed et horis liberis religiosam ipsorum instructio- nem per se aut alios a se substitutos suppleant D. 106.

3º Si invenerint scholas fidei aut moribus periculosa- sas, parentibus ob oculos ponant, eas non posse in con- scientia frequentari 320.

4º Allaborent scholis erigendis, et si possit alias pro pueris, alias pro puellis.

5º Moneant parentes ut suos ad scholas mittant 320.

6º Circa scholas catholicas: fiant ibi omnia debito ordine — adeant ipsi saepe scholas, inspecturi docendi rationem, libros, cantilenas, puerorum mores, profectum — laudantes, corripientes, praemiis allicientes 321.—

Prohibemus serio quominus in institutis aut scholis puellarum occasione alicujus solemnitatis ullaee *Repre- sentationes* fiant; allocutiones etc. non fiant nisi a puel- lis ante 12<sup>um</sup> annum. D. 106.

Peritos constituant institutores et institutrices — iis benevolum ostendant animum 321. Correctio fiat pue- ris absentibus *ib.*

7º Curam praecipuam gerant de pueris officinis ope- riorum addictis: possessores officinarum inducant, ut nulli recipientur ante 1<sup>am</sup> communionem — earum dis- ciplina ad normam Christianam constituatur 322 etc. Pro iis erigi scholas dominicales, separatis sexibus, item in majoribus locis vehementer desideramus 322.

8º Ut iis, qui dominicalibus vel aliis scholis pre- sunt, necessaria auxilia non desint — aeternam merce- dem iis proponant — magistri exemplo praeeant 322.

II. De scholis *superioribus*. Prov. VI. D. XXXI.

1. Unde patet necessitas quod etiam in scholis his  
juventus Ecclesia duce erudienda sit 323?

2. Recense officia eorum, quibus altior adolescentiae  
institutio commissa est?

3. Quae Parochorum obligatio?

4. Quodnam Decanorum de scholis officium D. 107?

Ad 1<sup>um</sup>. 1<sup>o</sup> Ob magis allicientes mundi illecebras car-  
nisquè cupiditates 323.

2<sup>o</sup> Quia alumni hi potiora in civili et Ecclesiastica  
societate officia gesturi sunt. Quare ex institutione juxta  
Ecclesiae votum respublica optimos cives, administra-  
tores et magistratus obtinebit; ex mala vero progeniem  
cupiditatibus propriisque rationibus permotam, quae ma-  
ximas calamitates affert privatis familiis et reipublicae 324.

Ad 2<sup>um</sup>. Generatim propriam officii rationem serio  
meditentur — neque declinent a fidei mysteriis et pae-  
ceptionibus.

*Speciatim*: 1<sup>o</sup> Qui gymnasiis etc. praesunt memores  
gravissimi officii, current ut educatio fidei catholicae con-  
veniat, juvenesque pie vivant — amoveant pericula fidei  
vel morum — stimulent ad frequentanda sacramenta, ad  
pietatis exercitia, catecheses, instructiones religiosas 324.

2<sup>o</sup> Sacri ministri, qui ibi sacram doctrinam tradunt  
maxima diligentia, prudentia ac suavitate juvenes diri-  
gant et divinarum rerum amorem instillent 325.

3<sup>o</sup> Omnes docentes perpendant momentum officii sui:  
mentes juvenum non tantum doctrina illuminent, sed et  
affectum ad virtutem inflamment. Inserant utiles consi-  
derationes etc., caveant ab omni verbo, quod in scanda-  
lum vel religionis contemptum vergeret 325.

Ad 3<sup>um</sup>. Parochos hortamur vehementer ac in nomine Domini jubemus adolescentes catholicos, qui gymnasia illa frequentant, opportune prospicere, a periculis servare, indesinenter monere quod initium sapientiae sit timor Domini 325.

Ad 4<sup>um</sup>. Schola Decanorum curae demandantur D. 107: speciali modo invigilent, ut tam Parochi quam institutores vel institutrices munera exequantur.

Quolibet anno in Relatione visitationis de statu scholarum sui Districtus reddent rationem. D. 107.

## TITULUS X.

### De bonis Ecclesiasticis.

I. De rebus Ecclesiae non alienandis. Prov. I. D. XXXII.

1. Quo jure Ecclesia bona temporalia possidet ac acquirit?

2. Quae eorum destinatio?

3. Quid hic prohibetur?

Ad 1<sup>um</sup>. Jure proprio 326. 48, 49.

Ad 2<sup>um</sup>. Destinantur splendori cultus, pietatis operibus, ministrorum sustentationi 326.

R. Ad 3<sup>um</sup>. 1º Prohibetur ac irritatur rerum Ecclesiasticarum alienatio sub poena excommunicationis in alienantem et recipientem 327, nisi serventur praescripta canonum.

Dicitur *res Eccl.*: late sumitur: ad monasteria, hospitalia, ad pia loca spectans 328.

Dicitur *alienatio*: latissime sumitur pro quavis juris Ecclesiæ imminutione, imposito gravamine. Etiam locatio ultra triennium solemnitates requirit 327, 328, 332.

Dicitur *nisi serventur* etc. scl. Ordinarii consensus et si agatur de re immobili vel mobili pretiosa S. Pontificis etc. 327.

Dicitur *irritatur*, hinc restitutio facienda 327.

2º Vetitum est res sacras qua tales (id est nisi praevie ita fuerint destructae, ut consecrationem vel benedictionem amittant) in usum profanum convertere D. 107.

*Nota.* Decani incumbant ne ulla alienatio illicita aut profanatio fiant, delinquentem Nobis denuncient. D. 107.

II. De bonorum Ecclesiasticorum administratione. Prov.  
II. D. XXXIII.

1. Quis in Dioecesi primus eorum administrator?

2. Quid observandum inferioribus administratoribus?

Ad 1º. Salva auctoritate Papae est Episcopus 328.

Ad 2º. R. 1º Episcoporum statutis obedient 329 quotquot sunt clerici vel laici bonorum Ecclesiasticorum administratores, sive Rectores, Beneficiarii, Aeditui etc.

2º Quotannis gestae administrationis rationem reddere 330. 258.

3º Bonorum inventarium condere 330.

4º Bona administrare juxta Ordinationes Episcopi D. 108.

5º Ita administrare, ut incrementum capiant 330.

6º Cogitent esse patrimonium pauperum, peculum Christi 331.

7º Nullus administrator supplicam ad civiliter imperantes mittat, nisi misso ad Episcopum apographo et obtento ejus consensu D. 108.

In supplicis pro venia acceptandi legata quantitas designetur D. 108.

Cfr. 275. Administratrix in monasterio; D. 111. in Archivo sint Registra etc.

III. De Eccl. supellectili rite asservanda P. III. D.  
XXXIV.

1. Qualis debet esse?

R. Numero ministrorum et sacris functionibus congruens, — ne desit pretiosior 330 — sit integra — juxta praescripta 333. Huc pertinent etiam Decreta de non alienandis rebus Eccl. 332.

2. An sacellanis liceat habere sua indumenta?

R. Prohibemus quominus iis utantur sine licentia Parochi D. 109.

3. An pro iis aliqua retributio exigiri potest?

R. Aequum est, maxime si Ecclesiae aerarium prematur inopia, ut sacerdotes non adscripti et ibi habitualiter celebrantes quamdam compensationem tribuant. D. 109.

4. Quid praescribitur de sacrae suppellectilis custodia, refectione, renovatione?

R. 1<sup>o</sup> Ad Ecclesiae vasa, vestes et ornamenta asservanda sufficientia sint armaria — praecipimusque usum retinendum esse extruendi in sacristia vel apto ecclesiae loco additum ferro munitum, in quo reponenda sunt vasa sacra omnesque supplex aurea et argentea 332. — 2<sup>o</sup> Monemus et obtestamur in Domino Pastores, ut etiam de ejus refectione etc. sint solliciti 333.

5. Quos libros Ecclesia habere debet et quomodo extractum sumendum, et ubi asservandi?

R. Libros sacrae Liturgiae, qui propriis locis asservandi 332 — libros Parochiales (Baptismorum) — Confirm. — Matrim. — status animarum — Defunctorum) 90. D. 110. — Registrum memoriale Parochiae 333, — qui sex in sacristia vel in domo Parochiae 332 scl. in armario, cui inscriptum Archivum Parochiae D. 111 asservandi.—

Item alios, ut Registra confraternitatum etc., qui in sacristia custodiri possunt D. 111.

Formula extracti D. 110. Muniatur sigillo *ib.*; hinc Parochus sigillum Parochiae habeat, quo scripta authentica muniantur 333.

6. Quid in Registro Memoriali conscribi debet? R. D. 110.

7. Quid in Archivo asservandum? R. D. 111.

*Nota.* Expensa pro his sunt Ecclesiae. D. 112.

*Nota.* Actus Pastorales ne in charta volanti D. 110.

8. Qualis debet esse sacrista et quae ejus officia?

R. Vir (mulieres ad sacristae partes explendas prorsus prohibemus praeterquam in capellis monialium) Deum timens, honestae famae et conversationis, boni ordinis, munditiae amans 333, — aliud honestum officium exercere potest, non tamen tabernarii, imo nec in caupona commoretur, nec artem exerceat, quo suum officium impediretur D. 112.

*Officia:* nitori propiciat — devote et graviter officia impleat — clero obsequiose ministret — Parochi obediat 333 — ne sine consensu Parochi extra Parochiam pernoctet D. 112 — diligat decorem ecclesiae — semper etiam si solus in ecclesia reverentiam SS. Sacramento exhibeat, cui Parochus invigilabit D. 112.

IV. De bonis Parochialibus. Prov. IV. D. XXXV.

Indica breviter quae hic tractantur.

R. 1º Parochi obligantur habitare in Parochiali domo 334. Haec domus (item vicarialis) spiret modestiam, absit fastus et mundana novitas D. 112. Sollicitus sit Parochus de ejus integritate et celeri reparacione. Teneatur compensare detrimentum ex sua culpa vel negligencia 334. Reparationes et tributa solvit Ecclesia, nisi ali-

ter conventum, Parochus solvit reparaciones locativas D. 115. Notabiles reparaciones vel immutationes in domo ne fiant sine Ordinario 335.

2º Quoad alia bona Parochialia : a) Parochus juxta jura etc. fructibus potitur sub onere rei substantiam integre servandi 335. — b) Bona locare potest 335, non ultra triennium 328. Locationes anticipatis solutionibus non sunt validae in praejudicium successoris 335. D. 113. Prohibemus ergo ne pendentes beneficiorum fructus aut proventus currentes vendant aut elocent, nisi dilata ad id tempus solutione, quo fructus sunt a solo separati aut annus cessit D. 113. — c) Ligna caedua in fundo Pastorali annis consuetis caedere potest 335. Mandamus autem ut in locum arborum caeduarum, quae pereunt, alias plantent D. 113.

Arbores incaeduas sine licentia Ordinarii vel Papae non caedantur et pretium veniat ad beneficium, non ad Beneficiarum D. 113. Arbores fructiferas demortuas vel casu fractas ipse capiat sub onere alias plantandi 335.

3º Factae aedibus vel bonis ameliorationes beneficio accrescunt sine recompensatione. Ad ornatum posita tollere licet, si in pristinum statum restituatur 335. Neglectam reparationem successori compensare debent ipse vel haeredes 335.

4º Quoad divisionem fructuum etc. inter successorem et antecessorem vel haeredes : a) inhaerendum canonibus, fundationum legibus et consuetudini. b) Fructus naturales et industrielles sunt antecessoris cum fuerint a solo sejuncti; pendentes sunt successoris 336.

Ligna non caedenda vel suo tempore non caesa sunt successoris, nisi fundatio aliud ferat 336.

Mercedes ex locationibus; emolumenta, ut pensio, et

tributa a gubernio, communitate vel ecclesia solvenda; collectae etiam facienda dividenda sunt ratione temporis 336.

5º Ne ponatur obstaculum si velit Ordinarius depudare Adjutores vel novas erigere Parochias D. 114.

6º Circa emolumenta: a) Assistentis temporalis: praeter sustentationem jus habet ad stipendia ut sacellani, item ad expensas pro itinere bis instituendo D. 114. b) Deservitoris, mortuo Parocho: ipsi jura stolae competitunt et honesta sustentatio, quam si non obtineat cacteris quoque emolumentis fruitur pro tempore officii D. 114.

7º Omnes Ecclesiae ministri saepius animo volvant superflua ex bonis Ecclesiasticis in piis causas esse impendenda D. 114. Ergo non dantur ad luxum, ad avaritiam, non ut carni aut sanguini serviant 337. Caveant ne a mente Ecclesiae abscedant in conficiendis testamentis 337, et satagant superflua ad piis causas mature applicare, quare exhortamur ut tempestive condant testamentum.... D. 115.

Tandem omnes simus boni ac parci administratores Christi 337.

V. Decretum de observandis Synodi Dioecesanae et Provincialis statutis. D. XXXVI. Prov. Acta F. n.4.  
pag. LIII.

1. Quomodo obligant?
2. Quaenam hic abrogantur?
3. Quid in dispensatione notandum?
4. Quomodo clausula „usque ad revocationem” intelligenda hic?

Ad 1<sup>um</sup>. Decreta Syn. Prov. tanquam provinciales le-

ges solemniter promulgamus atque ut ab omnibus fide-liter obseruentur mandamus ac sancimus pag. LII. Decreta seu statuta Dioecesana omnia ut diligenter observent et a suis subditis observari current districte prae-cipimus D. 115. Et mandamus Parochis ut ea quae populum concernunt ipsi diligenter exponant et frequen-ter inculcent D. 115.

Ad 2<sup>um</sup>. Praecedentia statuta D. 115.

Ad 3<sup>ium</sup>. Habeatur in scriptis pro valore, communi-cetur Decano, qui eam in libro Decanali notet D. 116.

Ad 4<sup>um</sup>. Expirat, si expresse revocetur, vel quis in alia Dioecesi domicilium vel quasi-domicilium obtineat D. 116. Hoc de jurisdictione, approbatione vel aliis fa-cultatibus D. 116.



## APPROBATIO.

Viderunt A. GOOSSENS et A. SPIERINGS Lectores Abbatiae Bernensis ad hoc deputati.

## IMPRIMATUR.

A. BIANCHI, J. a. et V. G. O.

## IMPRIMATUR.

Haaren, 5 Maji 1872.

J. CUYTEN, Libr. Cens.

# INDEX.

---

## TITULUS I.

### DE RELIGIONE RELEVATA ET ECCLESIA CHRISTI.

QUAEST.	PAG.
I. <i>De revelatione atque ordine supernaturali.</i>	7
II. <i>De fidei necessitate et praestantia.</i>	7
III. <i>De mutuo foedere rationis et fidei.</i>	8
IV. <i>De plenitudine revelationis Ecclesiae in perpetuum commissa</i>	8
V. <i>De Scripturis et Traditione, et de infallibili Ecclesiae magisterio</i>	9
VI. <i>De unitate Ecclesiae deque communione cum Romano Pontifice</i>	9
VII. <i>De salute in una Ecclesia consequenda</i>	10
VIII. <i>De nonnullis aetatis nostrae erroribus in Religionem et in Ecclesiam</i>	11
IX. <i>De invisibili Ecclesiae Capite Dei et hominum Mediatore</i>	11

## TITULUS II.

### DE HIERARCHIA ET REGIMINE ECCLESIASTICO.

I. <i>De supra Jurisdictione Romani Pontificis.</i>	12
II. <i>De Episcopis . . . . .</i>	12
III. <i>De Metropolita . . . . .</i>	13
IV. <i>De Synodis Provinciae et Dioecesum.</i>	13
V. <i>De Capitulis . . . . .</i>	15
VI. <i>De Parochis et Rectoribus paroeciarum . .</i>	16
VII. <i>De Decanis . . . . .</i>	21

QUAEST.	PAG.
VIII. <i>De Vicariis seu Sacel. Parochum assistantibus.</i>	23
IX. <i>De aliis sacerdotibus in Dioec. Busc. habitantibus vel in ea peregrinis.</i> . . . . .	25

## TITULUS III.

## DE CUSTODIA ET PRAEDICATIONE VERBI DEI.

I. <i>De mediis generatim, quibus Ecclesia utitur ad sanam doctrinam custodiendam</i> . . . . .	25
II. <i>De sana fidei doctrina in populo tuenda</i> . . . . .	26
III. <i>De conversatione fidelium cum alienis a fide</i> . . . . .	27
IV. <i>De lectio et editione librorum</i> . . . . .	28
V. <i>De Catholicae fidei professione</i> . . . . .	29
VI. <i>De praedicationis ministerio</i> . . . . .	29
VII. <i>De catechisandis pueris</i> . . . . .	32

## TITULUS IV.

## DE NOVAE LEGIS SACRAMENTIS.

I. <i>De Septem Ecclesiae Sacramentis generatim</i> . . . . .	35
II. <i>De Sacramento Baptismi</i> . . . . .	36
III. <i>De Sacramento Confirmationis</i> . . . . .	38
IV. <i>De SSmo Eucharistiae Sacramento</i> . . . . .	40
V. <i>De prima Communione puerorum</i> . . . . .	41
VI. <i>De Communione Paschali</i> . . . . .	42
VII. <i>De Communione Infirmorum</i> . . . . .	43
VIII. <i>De Sacramento Poenitentiae</i> . . . . .	44
IX. <i>De Indulgentiis</i> . . . . .	47
X. <i>De Sacramento Extremae Unctionis</i> . . . . .	48
XI. <i>De Sacramento Ordinis</i> . . . . .	49
XII. <i>De Sacramento Matrimonii</i> . . . . .	50
XIII. <i>De matrimonii mixtis</i> . . . . .	52
XIV. <i>De Sponsilibus</i> . . . . .	53

## TITULUS V.

## DE CULTU DIVINO.

QUAEST.	PAG.
I. <i>De cultus necessitate et decore . . . . .</i>	56
II. <i>De Sacrosancto Missae Sacrificio . . . . .</i>	56
III. <i>De cultu SSmae Eucharistiae ejusque solemnis expositione . . . . .</i>	60
IV. <i>De cultu Beatissimae Virginis Mariae et Sanctorum. . . . .</i>	62
V. <i>De Sanctorum Reliquiis et Sacris Imaginibus.</i>	64
VI. <i>De Cantu Ecclesiastico . . . . .</i>	64
VII. <i>De Ecclesiis . . . . .</i>	66
VIII. <i>De funeribus et sepulturis . . . . .</i>	67
IX. <i>De benedictionibus et exorcismis . . . . .</i>	70

## TITULUS VI.

## DE PIETATE ET CHARITATE CHRISTIANA.

I. <i>De morum sanctimonia promovenda in populo.</i>	71
II. <i>De festorum dierum sanctificatione . . . . .</i>	72
III. <i>De jejunii et abstinentiae praecepto. . . . .</i>	74
IV. <i>De Missionibus et sacris exercitiis pro populo.</i>	76
V. <i>De piis laicorum Sodalitatibus . . . . .</i>	76
VI. <i>De Institutis Charitatis . . . . .</i>	77
VII. <i>De Collectis, quae ad pias causas fiunt . . . . .</i>	78

## TITULUS VII.

## DE REGULARIBUS.

I. <i>De perfectione religiosa . . . . .</i>	79
II. <i>De Regularium regimine et disciplina . . . . .</i>	80
III. <i>De Regularibus paroch. animarum curae addictis.</i>	83
IV. <i>De novis Institutis novarumque domorum erectione.</i>	84

## TITULUS VIII.

## DE VITA ET HONESTATE CLERICORUM.

QUAEST.	PAG.
I. <i>De vitae sanctimonia clericis prosequenda</i>	84
II. <i>De Missae celebratione et Horarum Canonica- rum recitatione</i>	85
III. <i>De exercitiis spiritualibus</i>	86
IV. <i>De honesta Clericorum conversatione.</i>	86
V. <i>De habitu Ecclesiastico.</i>	89

## TITULUS IX.

## DE INSTITUTIONE ECCLESIASTICA, DEQUE SCHOLIS.

I. <i>De necessaria Sacerdotibus scientia</i>	90
II. <i>De institutione Clericorum in Seminariis</i>	91
III. <i>De Conferentiis a Clero habendis</i>	93
IV. <i>De examinibus subeundis ab iis, qui Sacro mi- nisterio funguntur</i>	94
V. <i>De Scholis elementaribus et de scholis superio- ribus</i>	95

## TITULUS X.

## DE BONIS ECCLESIASTICIS.

I. <i>De rebus Ecclesiae non alienandis</i>	98
II. <i>De bonorum ecclesiasticorum administratione</i>	99
III. <i>De ecclesiastica supellectili rite asservanda.</i>	100
IV. <i>De bonis parochialibus.</i>	101
V. <i>De observatione Synodi Prov. et Dioec.</i>	103



## CORRIGENDA.

—o—

- Pag. 21 Nota etc. „Proficiuntur *lege* „praeſciuntur”  
„ 28 4 ad b) 2<sup>o</sup>. „praeſcriptos” „ „proſcriptos”  
„ 29 reg. 4 infra „4 Quinam” „ „5. Quinam”  
„ 56 II. 1. „pertinentibus” „ „pertinentia”  
„ 63 ad 3um 3. „nominatum” „ „nominatim”.



